

SECOND YEAR LATIN

PART I

MISCELLANEOUS SELECTIONS OF EASY LATIN


PART II

SELECTIONS FROM CAESAR'S GALLIC WAR

EDITED BY

JAMES B. GREENOUGH

BENJAMIN L. D'OUGE AND M. GRANT DANIELL



THE GODDESS ROMA.

GINN & COMPANY

BOSTON · NEW YORK · CHICAGO · LONDON

Textkit - Greek and Latin Learning Tools

<http://www.textkit.com>

P R E F A C E.

COPYRIGHT, 1899
By GINN & COMPANY

ALL RIGHTS RESERVED

79-9

The Athenæum Press
GINN & COMPANY · PRO-
PRIETORS · BOSTON · U.S.A.

THIS book is intended to follow any First Latin Book. It is adapted to the wants of those pupils who have some little knowledge of inflexions and of the easiest constructions, and embraces some ninety pages of easy Latin, followed by selections from Cæsar's *Gallic War* (about equivalent in amount to the first four books), making along with the beginner's book a sufficient course in Latin for two years. It is hoped that thus a somewhat freer and wider course may be found for young students than the unvaried reading of Cæsar's Commentaries, and a more interesting one as well. About ten pages of easy poetry have been included in the selections, with a hope of giving a slight hint at the poetic literature of the Romans. This may be read in course or may be left until near the close of the second year. Much of the material of Part I is modern Latin, prepared for such uses by modern scholars. Due credit is given to these in the proper place.

Among the shorter selections are extracts from Pliny the Younger, Cicero, Valerius Maximus, and other ancient writers. To these are added three stories from Erasmus, who may almost be regarded for our purpose as a classic author, but who from his position between ancient and modern life fails nowadays to receive the attention he deserves.

In the pages devoted to biography and mythology the "Story of Ulysses" from Ritchie's *Fabule Faciles* has been included. This, though modern Latin, has been given a peculiar aroma by a clever imitation of Cæsar's style, so that it is a most valuable

preliminary to the study of that writer. Two lives are given from the famous modern classic *Viri Romæ*, those of Caius Marius and Julius Cæsar, reading peculiarly appropriate as introductory to the Commentaries. These are followed by the "Life of Hannibal," from Nepos.

It seemed wise to give a varied course of reading from Cæsar rather than the first four books. Parts of these books are unusually difficult, and parts are lacking in interest. By making selections from the seven books, both of these obstacles to successful work have in large measure been overcome. All the features that have proved so attractive and helpful in the *New Cæsar* have been retained in this volume.

In the explanatory notes on Part I we have varied from the conventional methods in a direction suggested by experience. The attempt has been made to follow the methods of personal *viva voce* instruction, and to take the point of view of the pupil rather than that of the instructor, so as to teach him to read the Latin as if he wanted to read it, rather than to make it a vehicle for learning other things not then felt to be necessary. We have therefore constantly endeavored to answer the question what the words or constructions meant rather than why they were so. It is hoped that the book will be found a practical and practicable one in actual use. The views of the editors in regard to reading have been repeated in so many forms that we deem it unnecessary to give them anew. The directions in our *Cæsar* are reprinted in this book.

A considerable number of oral exercises for turning English into Latin in the form of question and answer, and some exercises for oral and written translation, all founded on the miscellaneous matter, have been inserted, so that the writing and speaking of Latin may go on along with the efforts to read.

AUGUST, 1899.

J. B. G.
B. L. D.
M. G. D.

CONTENTS.

	PAGE
LIST OF MAPS AND ILLUSTRATIONS	ix

PART I.

I. STORIES, FABLES, AND LETTERS:

1. A Letter. <i>Meurer</i>	1
2. Cock-fighting. <i>Meurer</i>	2
3. Gladiators. <i>Meurer</i>	2
4. The Horse and the Ass. <i>Perthes</i>	3
5. The Wonderful Deliverance of Simonides. <i>Perthes</i>	3
6. The Roman Dinner. <i>Meurer</i>	4
7. Augustus and the Veteran. <i>Meurer</i>	5
8. The Wolf and the Dog. <i>Old Fable</i>	5
9. The Lion and the Mouse. <i>Old Fable</i>	6
10. The Dancing Horses. <i>Perthes</i>	6
11. Augustus and the Raven. <i>Perthes</i>	7
12. The Wolf and the Lamb. <i>Perthes</i>	8
13. The Wolf and the Lamb. <i>Phædrus</i>	8
14. The Rivalry of Two Painters. <i>Perthes</i>	9
15. The Fox and the Monkey. <i>Perthes</i>	9
16. The River-God and the Golden Axe. <i>Perthes</i>	10
17. The Husbandman and his Sons. <i>Old Fable</i>	11
18. Demosthenes and the Judges. <i>Perthes</i>	11
19. The Death of Pompey. <i>Cæsar</i>	12
20. Niobe and her Children. <i>Oehler, Schubert, and Sturmhoefel</i>	14
21. Cræsus, King of Lydia. <i>Oehler, Schubert, and Sturmhoefel</i>	15
22. An Epitome of Roman History. <i>Perthes</i>	17
23. The Omen of the Puppy. <i>Cicero (adapted)</i>	18
24. Scipio Æmilianus. <i>Valerius Maximus</i>	18
25. The Battle of Thermopylæ. <i>Oehler, Schubert, and Sturmhoefel</i>	19
26. A Roman Maiden. <i>Pliny the Younger</i>	20

	PAGE
27. Æmilius Paulus and his Sons. <i>Valerius Maximus</i>	21
28. Androclus and the Lion. <i>Oehler, Schubert, and Sturmhoefel</i>	23
29. Two Letters of Cicero to his Wife. <i>Cicero</i>	24
30. A Roman Ultimatum. <i>Valerius Maximus</i>	25
31. The Haunted House. <i>Pliny the Younger</i>	26
32. An Eclipse Foretold. <i>Livy</i>	27
33. Anthony and the Usurer. <i>Erasmus</i>	28
34. A Practical Joke. <i>Erasmus</i>	29
35. The Priest, the Vender, and the Impostor. <i>Erasmus</i>	31
II. BIOGRAPHY AND MYTHOLOGY:	
1. Cyrus, King of Persia. <i>Oehler, Schubert, and Sturmhoefel</i>	33
2. The Story of Ulysses. <i>Ritchie</i>	40
3. Life of Caius Marius. " <i>Viri Romae</i> "	55
4. Life of Caius Julius Cæsar. " <i>Viri Romae</i> "	63
5. Life of Hannibal. <i>Nepos</i>	75
III. POETICAL SELECTIONS:	
1. The Stag. <i>Phædrus</i>	86
2. Friends and Fortune Fly Together. <i>Ovid</i>	86
3. Epitaph of a Roman Matron. " <i>Corpus Inscriptionum Latinarum</i> "	87
4. Dæmones's Dream. <i>Plautus</i>	87
5. The Death of the Pet Sparrow. <i>Catullus</i>	88
6. How to Train Children. <i>Terence</i>	88
7. The City Mouse and the Country Mouse. <i>Horace</i>	89
8. The Enchantress Circe. <i>Virgil</i>	90
9. The Golden Age. <i>Tibullus</i>	90
10. The Shortness of Life. <i>Horace</i>	91
11. The Joys of Country Life. <i>Horace</i>	92
12. Live while you Live. <i>Horace</i>	92
NOTES	279

NOTE: The modern authors mentioned in the foregoing list are Meurer (*Lateinisches Lesebuch, für Sexta*), Perthes (*Lateinisches Lesebuch, für Sexta, also für Quinta*), Oehler, Schubert, and Sturmhoefel (*Übungsbuch für den grammatischen Unterricht im Lateinischen, für Sexta*), and Ritchie (*Fabulae Faciles*).

LIST OF MAPS AND ILLUSTRATIONS.


ABBREVIATIONS.

- | | |
|---|---|
| <p><i>Babelon.</i> — Description historique et chronologique des Monnaies de la République romaine. 1885.</p> <p><i>Baumeister.</i> — Denkmäler des klassischen Altertums. 1885-8.</p> <p><i>Bertrand and Perrot.</i> — Revue archéologique, 3^e Série, Tome X.</p> <p><i>Cohen.</i> — Description générale des Monnaies de la République romaine, etc. 1857.</p> <p><i>Fleury.</i> — Antiquités et Monuments du département de l'Aisne, etc. 1877-8.</p> <p><i>Froehner.</i> — La Colonne trajane d'après le surmoulage exécuté à Rome en 1861-2, reproduite en phototypographie par Gustave Arosa. 1872.</p> <p><i>Grasset.</i> — Costumes de Guerre de l'âge du bronze et de l'ère gauloise. 1886.</p> <p><i>Guhl and Kohner.</i> — The Life of the Greeks</p> | <p>and Romans, described from Antique Monuments. 1875.</p> <p><i>Head.</i> — A Guide to the Principal Gold and Silver Coins of the Ancients. (Br. Mus.) 1881.</p> <p><i>Jeuffrain.</i> — Essai d'Interprétation de Types de quelques Médailles muettes, émises par les Celtes-Gaulois. 1846.</p> <p><i>von Kampen.</i> — XV ad Caesaris de Bell. Gall. Commentarios Tabulae. 1879.</p> <p><i>Lindenschmidt.</i> — Tracht und Bewaffung des Römischen Heeres während der Kaiserzeit, etc. 1882.</p> <p><i>Oehler.</i> — Bilder-Atlas zu Caesars Büchern de Bell. Gall. 1890.</p> <p><i>Rheinhard.</i> — C. Iulii Caesaris Commentarii de Bell. Gall. 1896.</p> <p><i>Schreiber.</i> — Atlas of Classical Antiquities.</p> <p><i>Visconti.</i> — Iconographie romaine. 1817-24.</p> |
|---|---|


FIG.		PAGE
1.	Symbolical head of the Goddess Roma. Bust in the Louvre, Paris. Brunn, <i>Denkmäler Griechischer und Römischer Sculptur</i>	Frontispiece.
2.	Map of the Roman Empire	xii
3.	View of Naples and Vesuvius. <i>Photograph</i>	1
4.	Gladiators. <i>Baumeister</i>	2
5.	Coin of Bruttium, showing Castor and Pollux. <i>Head</i>	4
6.	Coin of Augustus. <i>Head</i>	5
7.	Tibiae. <i>Rich's Dictionary</i>	6
8.	Personification of the River Tiber (showing also Romulus and Remus with the wolf). In the Louvre, Paris. Brunn, <i>Denkmäler Griechischer und Römischer Sculptur</i>	10

FIG.		PAGE
9.	Pompey. Ancient statue. <i>Visconti</i>	13
10.	Niobe. Bust from the statue of Niobe and her children . .	14
11.	Cræsus on the funeral pile. <i>Baumeister</i>	16
12.	Coin of Æmilius. Obverse: veiled head of woman with diadem. Reverse: captives (prob. Perses and his sons) opposite a figure erecting a trophy. TER, i.e. having thrice enjoyed a triumph. <i>Cohen</i>	18
13.	A Roman maiden. Ancient statue. <i>Photograph</i>	20
14.	A triumphal chariot. From photograph of the walls of the capitol at Rome	22
15.	Peristyle of a Pompeian house. <i>Photograph</i>	26
16.	A record of Cyrus the Great. British Museum. <i>Photograph</i>	34
17.	Tomb of Cyrus the Great	39
18.	Head of a Cyclops. From a gem in the British Museum. Copied from Butcher and Lang's <i>Odyssey</i>	42
19.	Ulysses under the ram. Winckelmann, <i>Monumenti Antichi</i>	46
20.	Opening the wind bag. Winckelmann, <i>Monumenti Antichi</i>	49
21.	Ulysses at the house of Circe. <i>Baumeister</i>	52
22.	Map of Italia Superior } between 55 and 56	
23.	Map of Italia Inferior }	
24.	Gaius Marius. From a coin. <i>Visconti</i>	55
25.	Soldiers with packs. "Marius's Mules." <i>Froehner</i>	58
26.	L. Cornelius Sulla. Bust in the Vatican at Rome. Uncertain. Bernoulli, <i>Römische Ikonographie</i>	60
27.	Coin of Sulla. Obverse: head of Diana Tifatina. ·FAVSTVS (name of Sulla's son). Reverse: L. Sulla seated; Bocchus, king of Mauretania, delivers to him Jugurtha as a captive; FELIX (surname assumed by Sulla). <i>Visconti</i>	60
28.	Coins of Marius. (1) Cimbric trophies of Marius. (2) Marius triumphing over Jugurtha. C·MARI·C[ai]·F[ilius]	61
29.	Soldiers making camp. <i>Froehner</i>	62
30.	Map of Rome	62
31.	Cæsar. Bust in the Louvre, Paris	64
32.	A civic crown. From a coin. <i>Cohen</i>	65
33.	Two coins of Cæsar. (1) Obverse: head of Venus. Reverse: Æneas with Anchises and the palladium. CAESAR. (2) Obverse: head of Venus. Reverse: trophy and captives. CAESAR. <i>Head</i>	67

FIG.		PAGE
34.	Coins of Pompey and his son. (1) Obverse: head of Sextus Pompey. Reverse: heads of Sextus Pompey and Pompey the Great. (2) Allegorical head of Africa. <i>Cohen</i>	68
35.	Mark Antony. Ancient statue. <i>Visconti</i>	71
36.	Hannibal. Ancient bust in Naples Museum. <i>Photograph</i>	74
37.	Coin of the Fabian family. Obverse: ROMA Q. MAX. Laurelled head of Apollo, lyre in front. Reverse: horn of plenty filled with fruits; thunderbolts; the whole in a wreath of grain ears and poppy. <i>Cohen</i>	77
38.	Scipio Africanus. Ancient statue. <i>Photograph</i>	79
39.	Coin of Antiochus the Great. Obverse: head of Antiochus with diadem. Reverse: Apollo seated on the omphalos, a bow in his left hand, an arrow in his right. <i>Head</i> . .	81
40.	Cæsar. Bust in the British Museum	96
41.	Map of Gaul	128
42.	Campaign map of B.C. 57	142
43.	Writing materials: <i>atramentarium</i> (for black and red ink); papyrus letter sealed and addressed (M LVCRETIO FLAM[ini] MARTIS DECVRIONI POMPEI[s]); <i>dip-tycha</i> (folding tablet), <i>stilus</i> , and erasing knife. Wall painting. <i>Overbeck's Pompeii</i>	144
44.	Gaul with trumpet. Restoration from carvings on the <i>Arc de Triomphe</i> at Orange. <i>Grasset</i>	145
45.	Coin of Diviciacus, king of the Suessiones. <i>Fleury</i> . . .	147
46.	Slinger (<i>funditor</i>), <i>Dict. des Antiquités</i>	149
47.	Berry au Bac. <i>Photograph</i>	151
48.	Battle on the Aisne. <i>Oehler</i>	152
49.	Vinea or Testudo. <i>Oehler</i>	155
50.	Hautmont. <i>Photograph</i>	157
51.	Defeat of the Nervii. <i>Oehler</i>	159
52.	Lituus	161
53.	Tuba	161
54.	Cornu	161
55.	Centurio. Grave relief. <i>Lindenschmidt</i>	165
56.	Aquilifer. Grave relief. <i>Lindenschmidt</i>	165
57.	Citadel of Namur. <i>Photograph</i>	168
58.	Siege of the stronghold of the Aduatuci	169
59.	Siege works. von Göler, <i>Caesars Gallischer Krieg</i> . . .	170
60.	Cæsar. Bust in the Naples Museum	173
61.	Galley. From the Præneste relief. <i>Baumeister</i>	175



IMPERIUM ROMANUM



L.L. POATES, EVGR. N.Y.

PART I.

I. STORIES, FABLES, AND LETTERS.




FIG. 3.—VIEW OF NAPLES AND VESUVIUS.

I. A Letter.

Si tū valēs, bene est; ego quoque valeō. Hanc epistulam ad tē laetus scribō. Medici cōnsiliō cum parentibus in Ītaliā hiemāvī. Dum apud vōs nivēs omnia implent, nōs hīc nivem rārō vidēmus, āēr est lēnissimus, ridet, ut est apud poētās, caelum. Saepe in litore ambulō vel in hortis amplis errō, nam grāmīna arborēsque iam virent. Hinc videō Vesuvium montem, hinc tōtam ferē urbem, hinc pulchrās insulās in marī sitās. Linguae hodiernam Ītalōrum ē conloquiis facile discō, linguae Latinae cotidiē operam dō. Sed iam finem faciam epistulae; mox cōram omnia tibi nārrābō. Vīve valēque, mī amīce.

2. Cock-fighting.

Athēniensēs publica gallōrum certāmina quondam instituērunt. Causa autem haec fuit. Bellō Persicō Themistoclē cum exercitū iter in hostis faciēbat, cum duōs gallōs vidit in viā dimicantis. Tum militēs ad spectāculum con-
5 vocāvit et hanc orātiōnem habuit: "Hī galli nōn prō patriā dimicant, nōn prō deīs, nōn prō glōriā, nōn prō libertate, nōn prō liberis; dē nullā rē dimicant nisi dē victōriā." Hāc orātiōne animōs militum excitāvit, nec hostēs eōrum impetum sustinere poterant. Quā dē causā Athēniensēs
10 Themistoclis cōnsiliō¹ certāmina gallōrum instituērunt.

3. Gladiators.

Rōmāni ē spectāculis² gladiatoriis māgnam voluptātem capiēbant. Quā in rē cernēbatur nōn tam bellicōsum populi Rōmāni ingenium quam prāva volgī indolēs. Primō



FIG. 4. — GLADIATORS.

pūgnae gladiatoriæ inter mortuōrum exsequiās edēbantur,
15 postea ei qui magistrātum petēbant spectāculis huiusmodi plēbis suffrāgia quaerēbant. Hōc cōnsiliō māgnās gladiā-

Cf. ¹ cōnsiliō, p. 1, l. 2. — ² spectāculum, l. 4.

tōrum familiās alēbant. Iūlius Caesar trecenta viginti paria simul in harēnam misit. Barbari captivi et servi gregi adscribēbantur gladiātōrum, multi etiam alii ultrō nōmina profitēbantur. Varia erant eōrum arma; alius scūtum gladiumque, alius clipeum sicamque, rēte et tridentem alius habēbat. 5
Nōn nulli divitiās hōc tam atrōci quaestū cōsecūti sunt, permulti miserē periērunt. Caesarem spectāculis praesidentem salūtābant gladiātōrēs his verbis: "Avē, Caesar, moritūri tē salūtant."

4. The Horse and the Ass.

Agitābat quidam equum et asinum onustōs sarcinis. Asinus onere pressus rogāvit equum ut aliquā oneris parte sē levāret. Sed ille precēs comitis repudiāvit. Paulō post asinus languōre consumptus in viā conruit et efflāvit animam. Agitātor igitur omnibus quas asinus portāverat sarcinis atque insuper pelle ei dētrāctā equum onerāvit. Tum 15 ille dēplōrāns fortunam suam, "Quam stultē," inquit, "contempsī comitis precēs; nam si illi obtemperāvissem, parvulum habērem onus, nunc gravissimum portō coactus."

Old Fable.

5. The Wonderful Deliverance of Simonides.

Simōnidēs, ēgregius Graecōrum poēta, cēnābat aliquandō¹ 20 Cranōne in Thessaliā apud² Scopam, fortunātum hominem et nōbilem, qui paulō³ ante in pugilum certāmine⁴ māgnam victōriam reportāverat. Cantāvit poēta summō convivārum gaudiō praeclārum carmen in laudem victōris et piō animō etiam Castorem et Pollūcem, inlūstris Graecōrum hērōēs et 25 certāminum patrōnōs, ut auctōrēs illius victōriæ celebrāvit. Invidiā commōtus carmen improbāvit Scopās et sordidē

¹ Cf. ¹ quondam, p. 2, l. 1. — ² apud, 1, 3. — ³ paulō, l. 12. — ⁴ certāmina, 2, 1.

poëtae acclāmavit: “Dimidium tibi dōnābō praemi prōmissi, reliquum ab hērōibus tuis, quōs aequē laudāvisti, postulābis.” Cēlāvit iram poëta. Paulō post Simōnidi nūntiat servus: “Duo iuvenēs ad iānuam stantēs māgnō 5 pere tē ēvocant.” Obtemperāvit¹ poëta nūntiō, sed ante



FIG. 5. — A COIN OF BRUTTIUM.

iānuam invēnit nēminem. Iam vērō horribili post tergum fragōre conturbātur. Retrō versat oculōs, nihil spectat nisi ingentem et tristissimam ruīnam; obrutus est tyrannus cum convivīs² omnibus, mirificē servātus est pius poëta.

6. The Roman Dinner.

10 Quam diū Rōmāni priscōs mōrēs retinēbant, omnēs domesticī in ātriō unā cēnābant.³ Sed postquam Rōmāni divitēs facti sunt, mōs erat dominō cum hospitibus in tricliniō cēnāre. Triclinium rē vērā lectus erat in quō trēs convivae⁴ accumbere poterant, nam Rōmāni ad mēnsam accumbere solēbant. Tria erant triclinia, quae novem omninō 15 convivis spatium dabant. In trīs partis Rōmāni cēnam dividēbant. Prima pars gustus vocābātur, cēna altera, tertia mēnsae secundae. Rōmānis erat in prōverbiō, “Ab ovō ūsque ad māla.” Cēnam ministrābant strūctor, scissor, 20 alii servī. Nōn solum pauperēs sed etiam divitēs ēlegantēsque Rōmāni cibum digitis capiēbant.

Cf. ¹ obtemperāvissem, p. 3, l. 17. — ² convivārum, 3, 23. — ³ cēnābat, 3, 20. — ⁴ convivīs, l. 9.

7. Augustus and the Veteran.

Imperātor Augustus saepe per urbem pedibus ibat summāque¹ cōmitāte adeuntis excipiēbat. Convēnit eum forte miles veterānus quī, quod in iūs vocātus erat, auxilium ab Imperātore petivit.² Statim Augustus unum ē comitibus³



FIG. 6. — COIN OF AUGUSTUS.

ēlēgit patrōnum,⁴ eumque militem comitārī iussit. Tum 5 veterānus exclāmāvit: “At nōn ego bellō Actiacō vicārium quaesivī,⁵ sed ipse prō tē pūgnāvī,” simulque detēxit cicatricēs. Erubuit Augustus et ipse patrōnus pauperis⁶ veterāni factus est.

8. The Wolf and the Dog.

Lupus canem vidēns bene saginātum, “Quanta est,” 10 inquit,⁷ “fēlicitās tua! Tū, ut vidēris, lautē vivis, at ego famē ēnecor.” Tum canis, “Licet,” inquit, “mēcum in urbem veniās et eādem fēlicitāte fruāris.” Lupus conditionem accēpit. Dum unā⁸ eunt, animadvertit lupus in collō canis attritōs pilōs. “Quid hōc est?” inquit. “Num 15 iugum sustinēs? cervix enim tua tōta est glabra.” “Nihil est,” canis respondit, “sed interdiū mē adligant, ut noctū sim vigilantior; atque haec sunt vestigia collāris quod cer-

Cf. ¹ summō, p. 3, l. 23. — ² petēbant, 2, 15. — ³ comitis, 3, 12. — ⁴ patrōnōs, 3, 26. — ⁵ quaerēbant, 2, 16. — ⁶ pauperēs, 4, 20. — ⁷ inquit, 3, 16. — ⁸ unā, 4, 11.

vici circumdari solet.¹ Tum lupus, "Valē,²" inquit, "amice! nihil moror felicitatem servitute emptam." *Old Fable.*

9. The Lion and the Mouse.

Circum leonem dormientem musculi petulantēs cursābant. E quibus cum unus per cāsum dormientis caput offendisset, ē somnō excitātus³ est leō eumque comprehendit. Iam devorātūrus erat bēstiōlam, miserābiliter tamen orantī benignē vitam condōnāvit. Paulō⁴ post cum per silvās nōn satis cautē praedam vestigāret, in vēnātōris laqueōs incidit leō. Frūstrā studēns sē liberāre furibundus rugiēbat. Procul eum audivit musculus celeriterque adventāvit. Iam cum inrētītum eum spectāvissēt,⁵ cui ipse vitam libertātemque debēret, grātō animō⁶ ad laqueōs adrēpsit eōsque conrōsit. Ita leō omnī periculō est liberātus praeclārumque⁷ misericordiae suae praemium⁸ reportāvit.⁹ *Old Fable.*

10. The Dancing Horses.

15 In Italiā prope sinum Tarentinum inter aliās Graecās urbis sita¹⁰ erat Sybaris, cuius incolae divitiis¹¹ et luxuriā ferē¹²




FIG. 7.—TIBIAE.

Cf. ¹ solēbant, p. 4, l. 15. — ² valē, 1, 11. — ³ excitāvit, 2, 8. — ⁴ paulō, 4, 3. — ⁵ spectat, 4, 7. — ⁶ animō, 3, 24. — ⁷ praeclārum, 3, 24. — ⁸ praemī, 4, 1. — ⁹ reportāverat, 3, 23. — ¹⁰ sitās, 1, 8. — ¹¹ divitiās, 3, 6. — ¹² ferē, 1, 7.

superābant Corinthiōs. Artem bellicam contemnēbant,¹ contrā summō cum studiō omnibus lūdicris vacābant. Lepidē igitur² etiam equōs ita instituerant ut inter epulās ad tibiārum numerum saltārent. Sciēbant id Crotōniātae finitimī. Itaque cum aliquandō³ bellum gererent cum illis, in aciem⁵ nōn tubās et tubicinēs sed tibiās et tibicinēs sēcum dūxērunt. Proeli initiō⁴ quam diū ēminus pūgnābātur, silēbant illi; ubi vērō ad ferrum et manūs rēs est adducta, subitō cantāvērunt⁵ numerōs ad saltandum aptōs. Vix autem hōs audiverant equī Sybaritārum, cum, tamquam mediis in con-¹⁰ vivis essent, saltāre coepērunt et dominis⁶ strāgem concitāvērunt tristissimam.⁷

11. Augustus and the Raven.

Post Actiacam victōriam, quā Caesar Octāviānus Augustus, superātō⁸ Antōniō annō ante Christum nātum tricēsimo primō, tōtius imperi Rōmāni principātum occupāvit, occurrit¹⁵ triumphantī illi quidam⁹ inter grātulantis corvum tenēns, quem instituerat¹⁰ ut diceret: "Avē,¹¹ Caesar, victor, imperātor." Mirātus Caesar officiōsam avem viginti milibus sēstertiūm ēmit.¹² Paulō post salūtātus similiter ā psittacō etiam hunc emī iussit. Eādem arte in picā animadversā¹³ hanc²⁰ quoque ēmit. His exemplis commōtus pauper quidam sūtor corvum sibi comparāvit, ut ad eandem vōcem eum institueret. Fatigātus autem labōre saepe avi nōn respondentī dicēbat: "Oleum et operam perdidī." Sic enim apud Rōmānōs exclāmābant eī qui frūstrā¹⁴ operam cōnsūmperant. Tandem²⁵ aliquandō corvus suum illud, "Avē, Caesar, victor, imperātor" didicerat.¹⁵ Iam properat sūtor ad Augustum ut avem vēn-

Cf. ¹ contempsī, p. 3, l. 16. — ² igitur, 3, 14. — ³ aliquandō, 3, 20. — ⁴ quam diū, 4, 10. — ⁵ cantāvit, 3, 23. — ⁶ dominō, 4, 12. — ⁷ tristissimam, 4, 8. — ⁸ superābant, 1, 1. — ⁹ quidam, 3, 10. — ¹⁰ instituerant, 1, 3. — ¹¹ avē, 3, 8. — ¹² emptam, 6, 2. — ¹³ animadvertit, 5, 14. — ¹⁴ frūstrā, 6, 9. — ¹⁵ discō, 1, 9.

deret. At ille auditā vōce, "Iam satis,"¹ inquit, "domī habeō tālium salūtātōrum." Tum corvus tristem domini sui voltum animadvertēns crocitat: "Oleum et operam perdidī." Quae rēs risum excussit Augustō tantamque prae-
5 laetitiam ut statim tantī emeret avem quanti tum ēmerat nullam.

12. The Wolf and the Lamb.

Lupus² et āgnus sitientēs ad eundem rivum vēnerant. Superior lupus, longē inferior āgnus stābat. Tunc improbus latrō iūrgī causam quaerēns,³ "Cūr," inquit, "bibenti mihi
10 turbulentam reddidisti aquam?" Āgnus timēns, "Quō modō possum?" inquit; "ā tē enim aqua ad mē dēcurrit." Ille vēritāte rei repulsus: "Hūius annī initiō mihi maledixisti." "Tum," inquit āgnus, "equidem nātus⁴ nōndum eram." "Hercle etiam," respondet lupus, "pater tuus contumēliōsē quondam
15 dixit dē aviā meā." Atque ita āgnum dilaniat. *Old Fable.*

13. The Wolf and the Lamb.

Ad rīvum eūndem lūpus et āgnus vēnerānt
Sitī compūlsī: sūperior stābat lūpūs
Longēque infērior āgnus. Tūm fauce improbā
Latrō incitātus iūrgī causam intulīt.
20 "Cūr," inquit, "tūrbulentam fēcisti mihi
Aquām bibēnti?" Lānigēr contrā timēns:
"Quī pōssum, quaēsō, fācere quōd quērerīs, lupē?
Ā tē dēcurrit ad meōs haustūs liquōr."
Repūlsus ille vēritātis vīribūs,
25 "Antē hōs sex mēnsīs māle," ait, "dīxisti mihi."
Respōndit āgnus: "Ēquidem nātus nōn erām."
"Pater, hērcle, tūus ibī," inquit, "māledixit mihi,"
Atque ita conrēptum lācerat iniūstā necē.

Cf. ¹ satis, p. 6, l. 7. — ² lupus, 5, 10. — ³ quaerēbant, 2, 16. — ⁴ nātum, 7, 14.

Haec própter illōs scrípta est hómínēs fábulá
Qui fictis caúsis innocéntis ópprimúnt. PHAEDRUS.

14. The Rivalry of Two Painters.

Initiō quarti ante Christum saeculi duo fuērunt nōbilēs pictōrēs, alter Zeuxis, alter Parrhasius appellātus. Hi quon-
dam certāmen¹ instituērunt dē arte. Zeuxis ūvās pinxerat at-
que adeō exaequāverat nātūrae vēritātem ut avēs ad pictūram
advolērent. Tum Parrhasius tabulam prōposuit in quā lin-
teum pinxerat. Quod cum Zeuxis vidēret, vērum esse putāvit
lin-teum, quō pictūra occultārētur. Itaque nihil agente Par-
rhasiō flāgitāvit ut remōtō tandem lin-teo ostenderet pictūram. 10
Ridēns² respondit ille, ipse movēret lin-teum. Tum Zeuxis cō-
gnitō errore palmam dedit Parrhasiō, quoniam ipse avis, ille
artificem fefellisset.

15. The Fox and the Monkey.

In conventū quōdam bēstiārum tam bellē saltāverat³ simia
ut cūctis prope suffrāgiis⁴ rēx creārētur. Quod cum stul-
tissimum⁵ esse cōgnōvisset volpēs, callidē simiam ā cēteris
animālibus sēvocāvit et his verbis tentāvit, "Rēgnum,"
inquit, "quoniam tibi obtigit, nōn cēlābō⁶ tē quod scire
māgnopere⁷ tuā interest." "Quidnam habēs?" interrogat
simia. "Māgnus thēsaurus," respondet illa, "in sēcrētō
20 quōdam silvae locō abditus, ā patre dē vitā dēcēdente mihi
est indicātus, quī iūre rēgnī ad tē iam vidētur pertinēre."
"Laudō," inquit simia, "officiōsam⁸ tuam abstinentiam; cūrā
igitur ut clam perveniāmus ad illum locum." Itaque, cum
reliqua animālia discessissent, clandestinis sēmitis volpēs 25
recentem rēgem abducēbat, et cum diū tōtam silvam peragrā-
vissent, tandem dēnsa mōnstrāns virgulta, "Hic," inquit,

Cf. ¹ certāmina, p. 2, l. 1. — ² ridet, 1, 4. — ³ saltārent, 7, 4. —
⁴ suffrāgia, 2, 16. — ⁵ stultē, 3, 16. — ⁶ cēlāvīt, 4, 3. — ⁷ māgnopere,
4, 4. — ⁸ officiōsam, 7, 18.

“dicēbat pater absconditum esse thēsaurum.” Iam cupidē illūc penetrābat simia, sed subitō¹ in² vēnātōris laqueōs incidit. Frūstrā cum implōrāvisset amīci auxilium, sērō sēnsit cōnsilium et temperantiam rēgī magis opus esse quam
5 artem saltandī. Volpēs autem, convocātis bēstiis omnibus, trepidantem in laqueis ostendēns³ simiam, “Habētis iam,” inquit, “saltantem vestrum rēgem.” *Old Fable.*

16. The River-God and the Golden Axe.

Resarciēbat pauper quīdam faber nāvem in fluvio ad ancoram dēligātā. Inter opus excidit eī secūris et in aquam
10 dēmersa est. Tum ille in nāvī sedēns cum flētū et lūctū iactūram dēplōrābat.⁴ Quās miserābilis vōcēs cum audiret




FIG. 8. — PERSONIFICATION OF THE RIVER TIBER.

deus fluvī, ēmersit et quid rei esset interrogāvit.⁵ “Ēheu,” respondit faber, “secūris mea incautō⁶ mihi excidit in profundum neque habeo quō emam⁷ alteram.” Immersit sē deus
15 et paulō post revertit dextrā gerēns secūrim, nōn eam tamen quam amiserat faber, sed auream, et num haec esset ea quam

Cf. ¹ subito, p. 7, l. 8. — ² vēnātōris laqueōs incidit, 6, 8. — ³ ostenderet, 9, 10. — ⁴ dēplōrāns, 3, 16. — ⁵ interrogat, 9, 19. — ⁶ opposite, cautē, 6, 8. — ⁷ emeret, 8, 5.

amīsisset interrogāvit. Negāvit vir probus.¹ Iterum igitur sē immersit deus reportāvitque² aliam eamque argenteam. Sed cum nē hanc quidem suam esse faber dixisset, postremō eam ipsam secūrim quae dēciderat exhibuit deus,
5 quam laetus ille agnōvit. Hāc probitate dēlectātus deus omnis illās eī secūris dōnāvit. Postea, cum haec multis nārrāvisset faber, alius quīdam, ut simili locuplētāretur fortunā, ipse secūrim suam in fluvium suā sponte dēmisit et iūxtā eum adsidēns māgnā vōce ēdidit³ lamenta. Adpāruit
10 deus et querelārum causā auditā auream ostendit secūrim, interrogāns eane esset cuius iactūram dēplōrāret. Ille vērō laetus, “Sānē,” inquit, “haec est mea.” At deus irātus, “Apage,” inquit, “homō avāre et mendāx, tū neque hanc habēbis neque tuam.” Haec ubi dixit, cum secūri immersus
15 est in undās. *Old Fable.*

17. The Husbandman and his Sons.

Agricola senex cum mortem sibi adpropinquāre sentiret,⁴ filiōs convocāvit, quōs, ut fieri solet,⁵ interdum discordāre sciēbat, et fascem virgulārum adferrī iubet. Quibus adlātis
filiōs hortābātur ut hunc fascem frangerent. Quod cum facere nōn possent, distribuit singulis singulās virgās, eis-
20 que celeriter frāctis, docuit illōs quam firma rēs esset concordia quamque imbēcillis discordia. *Old Fable.*

18. Demosthenes and the Judges.

Dēmostenēs, clārus⁶ ille orātor, cum aliquandō in causā capitālī quendam dēfenderet atque iūdicēs vidēret parum
attentōs, “Paulisper,” inquit,⁷ “auris mihi praebēte⁸ rem
25 nārrātūrō novam atque auditū iucundam.” Ad quae verba cum illi iam auris adrēxissent, “Adulēscēns,” inquit, “quī-

Cf. ¹ opp. improbus, p. 8, l. 8. — ² reportāverat, 3, 23. — ³ ēdēbantur, 2, 14. — ⁴ sēnsit, 10, 4. — ⁵ solēbant, 4, 15. — ⁶ synonym, nōbilēs, 9, 3. — ⁷ inquit, 3, 16. — ⁸ praebuit, 8, 4.

dam asinum¹ condūxerat, quō Athēnis Megaram veherētur. Mediā ferē² viā cum aestus meridiānus ingravēsceret neque arborēs³ aut tēcta umbram praebērent, asinum ille sustinuit et dēpositis clitellis ita in eis cōsēdit ut animalis umbrā
 5 obtegerētur. Id vērō agāsō vetābat, asinum clāmāns locā-
 tum esse, nōn umbram asinī. Alter ē contrārjō contendēbat, quoniam umbra sēparārī nōn posset ab asinō, necessariō
 eam unā⁴ cum asinō esse locātam. Atque ea rixa adeō inter
 eōs exārsit ut etiam pūgnis certārent. Tandem in iūs⁵ am-
 10 bulant.⁶” Hāctenus enārrātā historiōlā, ubi iūdicēs diligenter
 vidit auscultantis, repente Dēmostenēs ē suggestū dēscendit. Tum revocātus ā iūdicibus rogātusque⁷ ut reliquam fābulam
 pergeret enārrāre, “Quid!” inquit, “dē asinī umbrā libet
 audire, causam hominis dē vitā periclitantis nōn audiētis?”

19. The Death of Pompey.

15 Pompēius, dēpositō adeundae⁸ Syriae cōsiliō et aeris
 magnō pondere ad militārem ūsum in nāvis impositō
 duōbusque milibus hominum armātis, Pēlūsium pervēnit.⁹
 Ibi cāsū¹⁰ rēx erat Ptolemaeus, puer aetāte, māgnis cōpiis cum
 sorōre Cleopātrā bellum gerēns, quam paucis ante mēnsibus
 20 per suōs propinquōs atque amicōs rēgnō expulerat; castra-
 que Cleopātrae nōn longō spatiō ab eius castris distābant.
 Ad eum Pompēius mīsīt, ut prō hospitio atque amicitia
 patris Alexandriā reciperētur atque illius opibus in calami-
 tate tegeterētur. Sed quī ab eō missi erant, cōfectō lēgāti-
 25 ōnis officiō, liberius cum militibus rēgis conloquī coepērunt
 eōsque hortārī ut suum officium Pompēiō praestārent, nēve
 eius fortūnam dēspicerent. His tunc cōgnitis rēbus, amici
 rēgis, quī propter aetātem eius in prōcūrātiōne erant rēgni,

Cf. ¹ asinum, p. 3, l. 10. — ² ferē, 1, 7. — ³ arborēs, 1, 6. — ⁴ unā, 4, 11. — ⁵ iūs, 5, 3. — ⁶ ambulō, 1, 5. — ⁷ rogāvit, 3, 11. — ⁸ adeuntis, 5, 2. — ⁹ perveniāmus, 9, 24. — ¹⁰ cāsū, 6, 4.



FIG. 9. — GNAEUS POMPEIUS MAGNUS.

sive timōre adducti nē Pompēius Alexandriam Aegyptumque occupāret,¹ sive dēspectā eius fortunā, eis qui erant ab eō missi palam liberāliter respondērunt eumque ad rēgem venire iussērunt; ipsi, clam² cōsiliō initō, Achillan, praefectum 5 rēgium, singulārī hominem audāciā, et L. Septimium, tribūnum militum, ad interficiendum Pompēium misērunt. Ab his liberāliter ipse appellātus nāviculam parvulam³ cōscendit cum paucis⁴ suis, et ibi ab Achillā et Septimiō interficitur.

CAESAR: *Bell. Civ.* iii, 103.

20. Niobe and her Children.

Niobē Tantalī, Phrygiae rēgis, filia et Amphionis, rēgis 10 Thēbānōrum, uxor erat. Erat autem fēmina et pulcherrima et superbissima, nōn solum propter genus et formam mari-



FIG. 10. — NIOBE.

tique potentiam sed etiam propter māgnū liberōrum⁵ numerum. Septem enim filii erant septemque filiae. Superbia autem ei tristitiae acerbissimae causa liberisque causa per-

Cf. ¹ occupāvit, p. 7, l. 15. — ² opp. palam. — ³ parvulum, 3, 17. — ⁴ opp. multis. — ⁵ liberis, 2, 7.

niciēi fuit. Nam cum olim¹ Thēbānōrum sacerdotēs et fēminae Lātōnae, mātri Apollinis et Diānae, sacra pararent, Niobē eās vituperāvit. “Cūr,” inquit, “mātri duōrum liberōrum immolātis? Mihi liberi sunt quattuordecim, etiam ego sum genere divinō. Cūr nōn mihi immolātis?” Ea verba Lātōnae 5 iram² excitāverunt, liberōsque ea orāvit³ ut contumēliam vindicārent. Itaque Apollō et Diāna in arcem Thēbārum volāverunt⁴ et omnis quattuordecim Niobae liberōs sagittis suis necāverunt. Māter autem misera in saxum mūtāta est, et etiam nunc dolor ei lacrimās perpetuās movet. 10

21. Croesus, King of Lydia.

1. Croesus, rēx Lydōrum, et rēgiarum opum⁵ hērēs fuerat et ipse māgnam potentiam et māgnās divitiās⁶ sibi parāverat. Itaque fāma divitiarum eius nōn solum Asiam sed etiam Eurōpam complēverat multique vērunt rēgem visum. Inter eōs fuit Solōn Athēniēnsis, qui civibus suis auctor⁷ novārum 15 lēgum fuerat et inter septem sapientis numerābatur. Hunc Croesus interrogāvit⁸ num ipse omnium hominum fēlicissimus esset. Hōc Solōn negāvit. “Nēmō enim,” inquit, “ante mortem beātus est.” Hōc respōsum rēgi tum displicuit; sed post breve tempus sēnsit⁹ quam vērū esset. Illis enim 20 temporibus Cȳrus Persārum et Mēdōrum rēgnū obtinēbat, et gentēs propinquae¹⁰ victōriis eius terrēbantur. Ut hunc impediret et coerceret, Croesus bellum contrā eum parāvit. Eōdem tempore orāculum Delphicum per lēgātōs dē exitū belli interrogāvit. Respondit deus: “Croesus trānsitū flūminis 25 quod interest inter Persās et Lydōs māgnū rēgnū delēbit.”

2. Croesus, cum hōc respōsum comperisset, victōriam certam spērābat et cōpiis¹¹ suis Cȳri rēgnū intrāvit. Is autem

Cf. ¹ quondam, p. 9, l. 4. — ² iram, 4, 3. — ³ orantī, 6, 6. — ⁴ advolārent, 9, 7. — ⁵ opibus, 12, 23. — ⁶ divitiās, 3, 6. — ⁷ auctorēs, 3, 26. — ⁸ interrogat, 9, 19. — ⁹ sēnsit, 10, 4. — ¹⁰ propinquos, 12, 20. — ¹¹ cōpiis, 12, 18.

aderat et cum Croesō dīmīcāvit.¹ Sed ita pūgnātum est ut neque hīc neque ille victor esset. Sed cum alterō proeliō ad urbem Croesī pūgnārētur, Cŷrus victōriam ā Lŷdis reportāvit.² Tum Croesus captīvus ā Cŷrō damnātus est ut cremārētur.
 5 Cum māgna cōpia lignōrum adportāta esset et Croesus vinctus mortem exspectāret, māgnā vōce clāmāvit: "Ō Solōn, Solōn, Solōn!" Cŷrus autem, cum hōc audīvisset,



FIG. 11. — CROESUS ON THE FUNERAL PILE.

scire³ dēsiderāvit quid illis verbis significāret. Tum Croesus nārrāvit quid Solōn Athēniēnsis dē fortunā hūmānā docuisset.⁴
 10 His verbis Cŷrus ita commōtus⁵ et perturbātus est ut Croesum liberāret et rogāret⁶ ut suus amicus esset. Itaque Croesus in societāte rēgis mānsit et ei saepe cōsiliis suis prōfuit. Cŷrus autem ante mortem filium monuit ut hanc Croesī senis⁷ amīcitiā cōnservāret.

Cf. ¹ dīmīcantis, p. 2, l. 4. — ² reportāverat, 3, 23. — ³ sciēbant, 7, 4. — ⁴ docuit, 11, 21. — ⁵ commōtus, 3, 27. — ⁶ rogāvit, 3, 11. — ⁷ senex, 11, 16.

22. An Epitome of Roman History.

Prīmus urbis Rōmae annus fuit ante Christum nātum septingentesimus quinquāgesimus tertius. Regēbant civitatem initiō rēgēs per annōs ferē ducentōs quinquāgintā, quam aetātem quasi infantiam nōminēs populi Rōmāni. Annō quīngentesimō nōnō, postquam dētrūsus est ex rēgnō
 5 Tarquinius Superbus, creati sunt duo annū cōsulēs, ut, si ūnus malus esset, alter eum habēns potestātem similem coercēret. Quem mōrem¹ observāvērunt Rōmāni quīque ferē saecula. Hōc tantum temporis spatium² si diviseris in duās partis aequālīs, habēbis iam populi Rōmāni adulēscen-
 10 tiam et aetātem mediam, quārum utraque annōrum numerō exaequat infantiam. Neque enim errāvērunt viri doctī, quī tamquam³ per lūdīcrum ad calculōs revocantēs Rōmānōrum memoriā tria statuērunt ducentōrum quinquāgintā ferē⁴ annōrum spatia. Nam redactās habuērunt Rōmāni sub
 15 potestātem suam Ītalīae gentis ante Christum nātum mediō saeculō tertio, et ubi annō ducentēsimō sexāgesimō quartō bellum indixērunt Poenīs, prōpāgāre coepērunt imperi terminōs suprā mare quod vocāmus medium. Iūre⁵ igitur eō temporis mōmentō statuimus novae aetātis initium. Finitum
 20 autem est prīmum illud bellum Pūnicum annō ducentēsimō quadrāgesimō primō. Bellō Pūnicō secundō bellāvērunt Rōmāni cum Hannibale ab annō ducentēsimō duodēvicesimō ūsque ad eius saeculi ultimum; bellō Pūnicō tertio finitō dēlēvērunt⁶ Carthāginem aemulam annō centēsimō
 25 quadrāgesimō sextō, quō annō etiam Corinthus diruta est. Ē proximō saeculō memoriae mandātum est necātum C. Iūlium Caesarem annō quadrāgesimō quartō, institūtum⁷ dominātum ab Octāviānō Augustō annō tricēsimō primō.

Cf. ¹ mōrēs, p. 4, l. 10. — ² spatium, 4, 16. — ³ tamquam, 7, 10. — ⁴ ferē, 1, 7. — ⁵ iūs, 5, 3. — ⁶ dēlēbit, 15, 26. — ⁷ instituērunt, 2, 1.

23. The Omen of the Puppy.

L. Aemilius Paulus eius qui ad Cannas cecidit filius erat. Cōsul sortitus est Macedoniam prōvinciam, in quā Persēs, Philippī filius, paternī in Rōmānōs odī hērēs,¹ bellum renovāverat. Cum adversus Persē profectūrus esset et domum
5 suam ad vesperum rediret, filiolum suam Tertiam, quae tunc erat admodum parva, oſculāns animadvertit² tristiculam.



FIG. 12. — COIN OF AEMILIUS.

“Quid est,” inquit, “mea Tertia? Quid tristis es?” “Mi pater,” inquit illa, “Persa periit.³” Erat autem mortuus⁴ cattellus eō nōmine. Tum ille artius puellam complexus, “Acci-
10 piō,” inquit, “mea filia, omen.” Ita ex fortuitō dictō quasi spem certam clārissimī triumphī animō praesūmpsit. Ingressus deinde Macedoniam rēctā ad hostem perrēxit.⁵

CICERO (*adapted*).

24. Scipio Aemilianus.

Scipiō Aemiliānus, cum in Hispāniā sub Lūcullō duce militāret atque Intercatia, praevalidum oppidum, circumse-
15 dērētur, primus moenia eius cōnscendit⁶; neque erat in eō exercitū quisquam, aut nōbilitate aut animi indole⁷ aut futuris actis, cuius magis salutī parcī et cōnsulī dēbēret.⁸ Sed tunc clārissimus⁹ quisque iuvenum prō amplificandā et tuendā patriā plūrimum laboris ac periculī¹⁰ sustinēbat, dēforme sibi

Cf. ¹ hērēs, p. 15, l. 11. — ² animadvertit, 5, 14. — ³ periērunt, 3, 7. — ⁴ mortuōrum, 2, 14. — ⁵ pergeret, 12, 13. — ⁶ cōnscendit, 14, 7. — ⁷ indolēs, 2, 13. — ⁸ dēbēret, 6, 12. — ⁹ clārus, 11, 23. — ¹⁰ periculō, 6, 13.

existimāns quōs dignitate praestāret¹ ab his virtute superāri. Ideōque Aemiliānus hanc militiam, aliis propter difficultatem vitantibus, sibi dēpoposcit. VALERIUS MAXIMUS.

25. The Battle of Thermopylae.

1. Cum Graeci angustias Thessaliae nōn dēfendissent, Thermopylās, portam Graeciae, occupāre cōstituērunt. Ita-
que octō milia militum ab eis ad illum locum missa sunt. His
cōpiis² rēgem Lacedaemoniōrum praefēcērunt, cui nōmen
erat Leōnidās. Is enim tantō patriae amōre flagrābat ut
cum Persis pūgnāre cuperet, etiam si ā suis magistrātibus
nōn concessum esset. Itaque trecentōs Lacedaemoniōs qui
10 idem cōgitābant contrā Persās ēdūxit et cum cēteris cōpiis
Graecōrum in Thermopylis Persārum adventum exspectāvit.
Xerxēs autem, cum comperisset³ quantis cōpiis angustiae dē-
fenderentur, initiō⁴ risit⁵; tum, quod Graecōrum fortem ani-
mum nōn perspēxerat, lēgātum⁶ ad eōs misit ut arma pōnerent.
15 Sed is nihil perfēcit. Nōtum⁷ est quid illi ā milite Lacedae-
monio respōsum sit, cum dixisset: “Sagittae⁸ nostrae vōbis
lūcem diēi tegent.” “Itaque,” ille inquit, “in umbrā⁹ dimi-
cābimus.¹⁰”

2. Quattuor diēs Xerxēs cum multis suis milibus hominum 20
exspectāvit; quīntō diē, cum Leōnidās cōpiās nōn abdūxisset,
proelium commisit. Sed māgnus numerus Persārum aut
volnerātus aut interfectus ā Graecis cecidit¹¹; reliqui fugērunt.
Tum decem milia elēctōrum militum, quibus nōmen Immor-
talēs erat, ā rēge in angustias coniecta sunt. Sed etiam hī
25 cessērunt. Cum rēx iam dē victoriā dēspēraret, prōditor
inventus est. Ephialtēs enim, qui Persārum pecuniā cor-
ruptus erat, Persis mōnstrāvit¹² quā viā trānsitum efficerent

Cf. ¹ praestārent, p. 12, l. 26. — ² cōpiis, 12, 18. — ³ comperisset, 15, 27. — ⁴ initiō, 17, 3. — ⁵ risit, 1, 4. — ⁶ lēgātōs, 15, 24. — ⁷ syn. sciēbat, 11, 18. — ⁸ sagittis, 15, 8. — ⁹ umbram, 12, 3. — ¹⁰ dimicāvit, 16, 1. — ¹¹ cecidit, 18, 1. — ¹² mōnstrāns, 9, 27.

et ab alterō latere impetum¹ in Graecōs facerent. Cum Leōnidās hūius rei nūntium accēpisset, māgnam partem exercitūs remisit. Ipse cum exiguis cōpiis mānsit.² Accēperat enim hōc ōrāculum: “Aut dēlēbitur³ Sparta aut rēx interficiētur.” Trecenti igitur⁴ illi Lacedaemonii et septingenti Thespiēnsēs Persārum impetum sustinuērunt; animis ferōcissimis contrā eōs cucurrērunt et, cum diū pūgnāvisent multōsque hostis interfēcissent, omnēs cecidērunt.

26. A Roman Maiden.

Tristissimus⁵ haec tibi scribō, Fundāni nostri filiā minōre¹⁰ dēfūctā, quā puellā nihil umquam fēstivius, amābilis, nec modo longiōre vitā sed prope immortalitate dignius vidī.



FIG. 13. — A ROMAN MAIDEN.

Nōndum annōs quattuordecim implēverat,⁶ et iam illi anilis prūdentia, mātrōnālis gravitās erat, et tamen suāvitas puel-

Cf. ¹ impetum, p. 2, l. 9. — ² mānsit, 16, 12. — ³ dēlēbit, 15, 26. — ⁴ igitur, 3, 14. — ⁵ tristissimam, 4, 8. — ⁶ implent, 1, 3.

lāris cum virgināli verēcundiā. Ut illa patris cervicibus¹ inhaerēbat! Ut nōs amicōs paternōs et amanter et modestē complectēbātur! Ut nūtricēs, ut paedagōgōs, ut praeceptōrēs prō suō quemque officiō² diligēbat! Quam studiōsē, quam intellegenter lēctitābat! Ut parcē custōditēque lūdēbat! ⁵ Quā illa temperantiā, quā patientiā, quā etiam cōstantiā novissimam valētūdinem tulit! Medicis³ obsequēbātur, sorōrem, patrem adhortābātur, ipsamque sē dēstitūtā corporis viribus vigōre animi sustinēbat. Dūrāvit hīc illi usque⁴ ad extrēmum nec aut spatiō valētūdinis aut metū mortis infrāc- ¹⁰ tus est, quō plūris graviōrēsque nōbis causās relinqueret et dēsideri et dolōris.⁵ Ō triste plānē acerbūque⁶ fūnus! Ō morte ipsā mortis tempus indignius! Iam dēstināta erat ēgregiō⁷ iuveni, iam ēlēctus nūptiārū diēs, iam nōs vocāti. Quod gaudium⁸ quō maerōre mūtātum⁹ est! Nōn possum ¹⁵ exprimere verbis quantum animō volnus accēperim, cum audivi Fundānum ipsum praecipientem, quod in vestis, margarita, gemmās fuerat ērogātūrus, hōc in tūs et unguenta et odōrēs impenderētur.

PLINY: *Epist.* v, 16.

27. Aemilius Paulus and his Sons.

Aemilius Paulus, nunc fēlicissimī¹⁰ nunc miserrimī patris ²⁰ clārissima¹¹ repraesentatiō, ex quattuor filiis formae insignis, ēgregiae indolis,¹² duōs iure adoptiōnis in Cornēliam Fabiamque gentem trāslātōs sibi ipsi dēnegāvit; duōs ei fortuna abstulit. Quōrum alter triumphum patris fūnere¹³ suō quartum ante diem praecessit, alter in triumphālī currū cōn- ²⁵ spectus post diem tertium expirāvit. Itaque quī ad dōnandōs usque liberōs¹⁴ abundāverat in orbitate subitō dēstitūtus est. Quem cāsū quō rōbore animi sustinuerit, ōrātiōne quam

Cf. ¹ cervix, p. 5, l. 16. — ² officium, 12, 26. — ³ medicī, 1, 2. — ⁴ usque, 17, 24. — ⁵ dolor, 15, 10. — ⁶ acerbissimae, 14, 14. — ⁷ ēgregius, 3, 20. — ⁸ gaudiō, 3, 24. — ⁹ mūtata est, 15, 9. — ¹⁰ fēlicissimus, 15, 17. — ¹¹ clārus, 11, 23. — ¹² indole, 18, 16. — ¹³ fūnus, l. 12. — ¹⁴ liberis, 2, 7.




FIG. 14.—A TRIUMPHAL CHARIOT.

dē rēbus ā sē gestis apud populum habuit hanc adiciendō clausulam nulli ambiguum reliquit: “Cum in m̄ximō pr̄ventū f̄licitātis¹ nostrae, Quiritēs, timērem nē quid mali fortuna m̄lirētur, Iovem optimum m̄ximū Iūnōnemque rēginam et Minervam precātus sum ut, sī quid adversi 5 populō Rōmānō imminēret, tōtum in meam domum converterētur. Quāpropter bene habet; adnuendō enim vōtis meis id ēgērunt ut vōs potius meō cāsū² doleātis quam ego vestrō ingemiscerem.”

VALERIUS MAXIMUS.

28. Androclus and the Lion.

The Gentle Lion.

1. Imperātor Rōmānus ōlim spectāculum splendidum parā- 10 vit ut populum dēlectāret.³ Cōstituerat⁴ autem ut in eō hominēs cum bēstiis feris pūgnārent. Itaque imperāvit ut omnēs servī quī capitis damnāti⁵ essent eō diē cum leōnibus, tigrīdibus, aliisque bēstiis saevis dīmicārent.⁶ Bēstiae autem famē⁷ incitātae erant. Ūnus ex illis servis miseris Androclus 15 erat. Cum diēs lūdōrum vēnisset, ille cum reliquis sociis in circum adductus est et bēstiae multae in eōs ēmissae sunt. Androclum autem leō ingēns⁸ ex reliquis ēlēgerat⁹ et contrā eum cucurrit.¹⁰ Ille timōre commōtus erat, cum adversāriūm 20 suum cōspiceret, et mortem exspectāvit. Subitō¹¹ autem leō passum retinuit, et Androclus, cui animus crēverat, bēstiam, quae sē ad pedēs eius pr̄iciēbat, m̄gnā laetitiā¹² excēpit. Omnēs quī aderant mirāti¹³ sunt. Imperātor autem, quī ipse rem mirābilem viderat, Androclum ad sē vocāvit et eum 25 interrogāvit quā rē grātiā leōnis meritis esset.

Cf. ¹ f̄licitās, p. 5, l. 11. — ² cāsū, 6, 4. — ³ dēlectātus, 11, 5. — ⁴ cōstituerunt, 19, 5. — ⁵ damnātus est, 16, 4. — ⁶ dīmicāvit, 16, 1. — ⁷ famē, 5, 12. — ⁸ ingentem, 4, 8. — ⁹ ēlēgit, 5, 5. — ¹⁰ cucurrerunt, 20, 7. — ¹¹ subitō, 7, 8. — ¹² laetitiam, 8, 5. — ¹³ mirātus, 7, 18.

The Cause Explained.

2. Tum Androclus ita nārrāvit: "Cum aliquandō in officiis¹ meis peccāvisssem, fugi ut poenam dominī sevērī ēvitārem. In fugā pervēni ad spēluncam, in quam ingres- sum sum ut mē occultārem.² Quantō autem terrōre captus sum, cum eam etiam leō intrāret! Iam dē vitā dēspērā- bam. Nam effugiendī facultātem nōn vidēbam.

"Sed leō mē nōn adgressus est, sed tristī clāmōre dolōrēs³ māgnōs indicāvit. Ego autem in pede ēius spīnam māgnam cōspiciēbam, quam extrāxi. Ex illō tempore leō grātus in societāte meā mānsit.⁴ Habēbam eum in locō amīci et servī. Cotidiē ex spēluncā, in quā unā habitābāmus, profectus est ut vēnandō nōbis cibum⁵ parāret. Et semper praedam⁶ adportāvit.

"Sed post breve tempus taedium hūius vitae mē cēpit et ex illis locis discēdere⁷ cōstitui. Cum leō, amicus fidēlis, abesset ut vēnārētur, spēluncam reliquī. Post trīs diēs in itinere ā militibus captus sum et in hanc urbem, in quā dominus meus erat, missus sum. Ille cūrāvit ut capitis damnārer. Iam in vitae periculō versābar, sed ex illō mē leō grātus, qui mē cōgnōvit, ēripuit."

* Imperātor, qui hāc rē mirābili mōtus erat, Androclō nōn solum libertātem sed etiam leōnem dōnāvit.⁸

29. Two Letters of Cicero to his Wife.

1. Tullius Terentiae Suae S.

S. V.⁹ B. E. E. V. Valētūdinem tuam velim cūrēs diligētissimē. Nam mihi et scriptum et nūntiātum est tē in febrim subitō incidisse.¹⁰ Quod celeriter mē fēcisti dē Caesaris

Cf. ¹ officiō, p. 21, l. 4. — ² occultārētur, 9, 9. — ³ dolor, 15, 10. — ⁴ mānsit, 16, 12. — ⁵ cibum, 4, 21. — ⁶ praedam, 6, 8. — ⁷ discessissent, 9, 25. — ⁸ dōnāvit, 11, 6. — ⁹ valēs, 1, 1. — ¹⁰ incidit, 6, 8.

litteris certiorē, fēcisti mihi grātum. Item posthāc, si quid opus¹ erit, si quid acciderit novī, faciēs ut sciam. Cūrā ut valeās. Valē. D. iiii. Nōnās Iūniās.

2. Tullius S. D. Terentiae Suae.

In Tusculānum nōs ventūrōs putāmus aut Nōnis aut postridiē. Ibi ut sint omnia parāta. Plūrēs enim fortasse nōbiscum erunt, et ut arbitror diūtius ibi commorābimur.² Lābrum si in balneō nōn est, ut sit; item cētera quae sunt ad victum et valētūdinem³ necessariā. Valē. Kal. Octōbr. dē Venusinō.

30. A Roman Ultimatum.

Gāius Popilius ā senātū lēgātus⁴ ad Antiochum missus, ut bellō sē quō Ptolemaeum lacessēbat abstinēret, cum ad eum vēnisset atque is prōmptō animō et amīcissimō voltū⁵ dextera ei porrēxisset, invicem illi suam porrigere nōluit, sed tabellās senātūs cōsultum continentis trādīdit. Quās ut lēgit Antiochus, dixit sē cum amīcis conlocūtūrum.⁶ Indīgnātus Popilius quod aliquam moram interposuisset, virgā⁷ solum quō insistēbat dēnotāvit et, "Prius," inquit, "quam hōc circulō excēdās, dā respōsum quod senātūi referam." Nōn lēgātum locūtum, sed ipsam cūriam ante oculōs positā⁸ crēderēs; continuō enim rēx adfirmāvit fore nē amplius dē sē Ptolemaeus quererētur, ac tum dēmum Popilius manum ēius tamquam socii adprehendit. Quam effcāx est animi sermōnisque abscisa gravitās! Eōdem mōmentō⁹ Syriae rēgnum¹⁰ terruit,¹¹ Aegypti tēxit.¹² VALERIUS MAXIMUS.

Cf. ¹ opus, p. 10, l. 4. — ² moror, 6, 2. — ³ valētūdinem, 24, 23. — ⁴ lēgātōs, 15, 24. — ⁵ voltum, 8, 3. — ⁶ conloquī, 12, 25. — ⁷ virgās, 11, 20. — ⁸ pōnerent, 19, 15. — ⁹ mōmentō, 17, 20. — ¹⁰ rēgnum, 9, 17. — ¹¹ terrēbantur, 15, 22. — ¹² tegent, 19, 18.

31. The Haunted House.

Erat Athēnis spatiōsa et capāx domus, sed infāmis et pestilēns. Per silentium noctis sonus ferri¹ et, si attenderēs ācrius, strepitus vinculōrum longius primō,² deinde ē proximō reddēbātur.³ Mox⁴ adpārēbat idōlon, senex māciē et squālōre 5 cōfectus,⁵ prōmissā barbā, horrentī capillō; crūribus com-




FIG. 15.—PERISTYLE OF A POMPEIAN HOUSE.

pedēs, manibus catēnās gerēbat⁶ quatiēbatque. Inde inhabitantibus tristēs diraeque noctēs per metum vigilābantur; vigiliam morbus et crēscēte formidine mors sequēbātur. Nam interdū⁷ quoque, quamquam abscesserat imāgō, memoria imāginis oculis inerrābat, longiorque causis timōris timor erat. Dēserta inde et damnāta⁸ sōlitūdine domus tōtaque

Cf. ¹ ferrum, p. 7, l. 8.—² primō, 2, 13.—³ reddidistī, 8, 10.—⁴ mox, 1, 10.—⁵ cōfectō, 12, 24.—⁶ gerēns, 10, 15.—⁷ interdū, 5, 17.—⁸ damnātus est, 16, 4.

illi mōnstrō relicta; prōscribēbātur tamen seu quis emere¹ seu quis condūcere² ignārus tantī malī vellet. Venit Athēnās philosophus Athēnodōrus, legit titulum, auditōque pretiō, quia suspecta vilitās, percontātus, omnia docētur³ ac nihilō minus, immō tantō magis, condūcit.

Ubi coepit advesperāscere, iubet sternī sibi primā domūs parte, poscit pugillāris, stilum, lūmen; suōs omnīs in interiōra dimittit, ipse ad scribendum animum, oculōs, manum intendit, nē vacua mēns audita simulācra et inānis sibi metūs fingeret. Initiō, quāle ubique, silentium noctis, dein concuti¹⁰ ferrum, vincula movēri; ille nōn tollere oculōs, nōn remittere stilum, sed offirmāre animum auribusque praetendere; tum crēbrēscere fragor,⁴ adventāre,⁵ et iam ut in limine, iam ut intrā limen audiri; respicit, videt āgnōscitque⁶ nārātā sibi effigiem. Stābat innuēbatque digitō⁷ similis vocanti. Hic¹⁵ contrā ut paulum exspectāret manū significat rūsusque cēris et stilō incumbit; illa scribentis capiti catēnis insonābat. Respicit rūsus idem quod prius innuentem, nec morātus⁸ tollit lūmen et sequitur. Ibat illa lentō gradū quasi gravis vinculis. Postquam dēflēxit in āream domūs, repente⁹ 20 dilapsa dēserit comitem; dēsertus herbās et folia concerpta signum locō pōnit. Posterō diē adit magistrātūs, monet ut illum locum effodi iubeant. Inveniuntur ossa inserta catēnis et implicita, quae corpus aevō terrāque putrefactum nūda et exēsa reliquerat vinculis; conlēcta publicē sepiuntur. 25 Domus postea rite conditis mānibus caruit.

PLINY: *Epist.* vii, 27.

32 An Eclipse Foretold.

Castrīs permūnītis, C. Sulpicius Gallus, tribūnus militum secundae legiōnis, qui praeter superiōre annō fuerat, cōsulis

Cf. ¹ ēmerat, p. 8, l. 5.—² condūxerat, 12, 1.—³ docuit, 11, 21.—⁴ fragōre, 4, 7.—⁵ adventāvit, 6, 10.—⁶ āgnōvit, 11, 5.—⁷ digitis, 4, 21.—⁸ moror, 6, 2.—⁹ repente, 12, 11

permissū ad contiōnem militibus vocātis, prōnūtiāvit nocte proximā, nē quis id prō portentō acciperet, ab hōrā secundā ūsque¹ ad quartam hōram noctis lūnam dēfectūram esse. Id, quia nātūrālī ōrdine statis temporibus fiat,² et scīri ante et 5 praedici posse. Itaque quem ad modum, quia certī sōlis lūnaeque et ortūs et occāsūs sint, nunc plēnō orbe, nunc senēscēntem exiguō³ cornū fulgēre lūnam nōn mirārentur,⁴ ita nē obscurārī quidem, cum condātur umbrā terrae, trahere in prōdigium dēbere.⁵ Nocte quam pridīē nōnās Septembris 10 insecūta est diēs, ēditā hōrā cum lūna dēfēcisset, Rōmānis militibus Galli sapientia prope divīna vidērī; Macedonas ut triste prōdigium, occāsūm rēgnī perniciemque⁶ gentis portendēns, mōvit, nec aliter vātēs. Clāmor ululātusque in castrīs Macedonum fuit, dōnec lūna in suam lūcem emer- 15 sit.⁷

LIVY, 44, 37.

33. Anthony and the Usurer.

Antōnius sacrificus invitārat ūnum atque alterum bellum homunculum forte obviōs in viā. Cum redisset⁸ domum, repperit culinam frigidam, nec erat nummus in loculīs,— quod illi nēquāquam erat insolēns. Hic opus⁹ erat celerī 20 cōnsiliō. Subdūxit sē tacitus, et ingressus¹⁰ culinam faenerātōris quicum illi erat familiāritās, quod frequenter ageret cum illō, dīgressā famulā subdūxit ūnam ex ōllis aēneis ūnā¹¹ cum carnibus iam coctis, ac veste¹² tēctam¹³ dēferēbat domum; dat coquae; iubet prōtinus effundī carnīs et iūs in aliam 25 ōllam fictilem, simulque faenerātōris ōllam dēfricārī dōnec¹⁴ nitēret. Eō factō mittit puerum ad faenerātōrem qui dēpositō pignore drachmās duās ā faenerātōre sūmat mītuō, sed accipiat chirographum quod testārētur tālem¹⁵ ōllam missam

Cf. ¹ ūsque, p. 17, l. 24. — ² fierī, 11, 17. — ³ exiguis, 20, 3. — ⁴ mirātī sunt, 23, 23. — ⁵ dēberet, 6, 12. — ⁶ perniciēī, 14, 14. — ⁷ ēmersit, 10, 12. — ⁸ redīret, 18, 5. — ⁹ opus, 10, 4. — ¹⁰ ingressus, 18, 11. — ¹¹ ūnā, 4, 11. — ¹² vestīs, 21, 17. — ¹³ tegetur, 12, 24. — ¹⁴ dōnec, l. 14. — ¹⁵ tālium, 8, 2.

ad ipsum. Faenerātōr nōn āgnōscēns¹ ōllam, utpote dēfric- tam ac nitentem, recipit pignus, dat chirographum, et numerat² pecūniam; eā pecūniā puer emit³ vinum. Ita prōspectum est conviviō.

Tandem cum adparārētur prandium faenerātōrī, dēside- 5 rāta⁴ est ōlla. Hic iūrgium⁵ adversus coquam. Ea, cum gravārētur, cōstanter adfirmavit nēminem eō diē fuisse in culinā praeter Antōnium. Improbū⁶ vidēbātur hōc suspi- cārī sacrificō. Tandem itum est ad illum; explōrātum an apud illum esset ōlla; nē musca quidem ōlla reperta. Quid 10 multis? Sēriō⁷ flāgitāta est ab illō ōlla, quod sōlus ingressus esset culinam quō tempore dēsiderāta est. Ille fassus est sūmpsisse commodātō ōllam quandam, sed quam remisisset illi unde sūmpserat. Id cum illi pernegārent et incaluisset contentiō, Antōnius adhibitīs aliquot testibus, “Vidēte,” 15 inquit, “quam periculōsum est cum hōrum temporum homi- nibus agere sine chirographō! Intenderēt⁸ mihi prope- modum āctiō fūrtī, nī manum habērem faenerātōris.” Et prōtulit syngrapham. Intellēctus est dolus; fābula māgnō cum risū⁹ per tōtam regiōnem dissipāta est ōllam oppigne- 20 rātam ipsi cuius erat. Hūius modī dolis libentius favent hominēs, si commissī sunt in persōnās odiōsās, praesertim eōs qui solent¹⁰ aliīs impōnere.

ERASMUS: *Convivium Fabulosum.*

34. A Practical Joke.

Quidam nōmine Maccus cum vēnisset in civitātem quae dicitur Leydis, ac vellet, novus hospes,¹¹ innōtēscere iocō 25 quōpiam (nam is erat hominī mōs) ingressus¹² est officinam calceārī; salūtat. Ille cupiēns extrūdere mercis suās rogat

Cf. ¹ āgnōscit, p. 27, l. 14. — ² numerābātur, 15, 16. — ³ emam, 10, 14. — ⁴ dēsiderāvīt, 16, 8. — ⁵ iūrgī, 8, 9. — ⁶ improbus, 8, 8. — ⁷ flāgi- tāvit, 9, 10. — ⁸ intendit, 27, 9. — ⁹ risum, 8, 4. — ¹⁰ solēbant, 4, 15. — ¹¹ hospitibus, 4, 12. — ¹² ingressus, 18, 11.

numquid vellet. Maccō coniciente¹ oculōs in ocreās ibi pēnsilis, rogat sūtor num vellet ocreās. Adnuente² Maccō quaerit aptās³ tibiis illius; inventās alacriter prōtulit, et ut solent, inducit illi. Ubi iam Maccus esset ēleganter ocreātus, “Quam bellē⁴,” inquit, “congrueret hīs ocreis pār calceōrum duplicātis soleis!” Rogātus an et calceōs vellet, adnuit. Reperti⁵ sunt et additi pedibus. Maccus laudābat ocreās, laudābat calceōs. Calceārius tacitē⁶ gaudēns succinēbat illi laudanti, spērāns⁷ pretium aequius posteaquam 10 ēmptōri tantopere placēret merx. Et iam erat nōn nulla contrācta familiāritās. Hic Maccus, “Dic mihi,” inquit, “bonā fidē, numquamne ūsū vēnit tibi ut quem sic ocreis et calceis ad cursum armāssēs, quem ad modum nunc armāsti mē, abierit nōn numerātō⁸ pretiō?” “Numquam,” 15 ait ille. “Atquī sī forte,⁹” inquit, “veniat ūsū, quid tū tum facerēs?” “Cōsequerer,¹⁰” inquit calceārius, “fugientem.” Tum Maccus: “Sēriōne ista dicis an iocō?” “Plānē sēriō,” inquit alter, “loquor; et sēriō facerem.” “Experiar,” ait Maccus. “Ēn prō calceis praecurrō, tū cursū sequere.” 20 Simulque cum dictō¹¹ coniēcit sē in pedēs.

Calceārius ē vestigiō¹² cōsecūtus est, quantum poterat clāmītāns: “Tenēte fūrem! Tenēte fūrem!” Ad hanc vōcem cum cīvēs undique prōsiluissent ex aedibus, hōc commentō cohibuit illōs Maccus nē quis manum iniceret. Ridēns ac 25 voltū¹³ placidō, “Nē quis,” inquit, “remorētur cursum nostrum; certāmen est dē cūpā cerevisiae.” Itaque iam omnēs praebere¹⁴ sēsē certāminis spectātōrēs. Suspiciābantur autem calceārium dolō¹⁵ clāmōrem eum fingere,¹⁶ ut hāc occāsiōne anteverteret. Tandem calceārius cursū victus, sūdāns et

Cf. ¹ coniecta sunt, p. 19, l. 25. — ² adnuendō, 23, 7. — ³ aptōs, 7, 9. — ⁴ bellē, 9, 14. — ⁵ reperit, 28, 18. — ⁶ tacitus, 28, 20. — ⁷ spērābat, 15, 28. — ⁸ numerat, 29, 2. — ⁹ forte, 28, 17. — ¹⁰ cōsecūtī sunt, 3, 6. — ¹¹ dictō, 18, 10. — ¹² vestigiā, 5, 18. — ¹³ voltū, 25, 12. — ¹⁴ praebuit, 8, 4. — ¹⁵ dolus, 29, 19. — ¹⁶ fingeret, 27, 10.

anhēlus domum rediit. Maccus tulit brabēum. Postea actiō fūrti¹ intentāta est, sed magis periclitātus² est āctor quam reus. Nam Maccus gravābat illum actiōne calumniae, et intendēbat³ lēgem Rhemiam, quae dictat ut quī crimen intenderit quod probāre nōn possit poenam ferat quam lāturus 5 erat reus, sī convictus fuisset. Negābat sē contrectāsse rem aliēnam invitō dominō, sed ultrō⁴ dēferente, nec illam preti mentionem intercessisse. Sē prōvocāsse calceārium ad certāmen cursūs; illum accēpisse condiōnem, nec habere quod querātur,⁵ cum esset cursū superātus. Quae 10 actiō nōn multum aberat ab umbrā asinī.⁶

ERASMUS: *Convivium Fabulosum.*

35. The Priest, the Vender, and the Impostor.

Sacrificus⁷ quidam recēperat mediocre summam pecūniae, sed argenteae. Id impostor quidam animadverterat.⁸ Adiit sacrificum, quī gestābat in zōnā crumēnam nummis⁹ turgidam; salūtāt cīvilitē; nārrat sibi datum negōtium ā suis ut vicī 15 suī parochō mercārētur novum pallium sacrum, quae summa vestis est sacerdoti¹⁰ rem dīvinam peragenti. Rogat hāc in rē commodāret sibi tantillum operae¹¹ ut sēcum iret ad eōs quī vēndunt hūius modī pallia, quō videlicet ex modō corporis ipsius sūmeret¹² māius aut minus; nam sibi vidēri statūrā 20 ipsius cum parochī māgnitūdine vehementer congruere.¹³ Hōc officium, cum leve vidērētur, facile pollicitus est sacrificus. Adeunt aedis¹⁴ cūiusdam. Prōlātum¹⁵ est pallium, sacrificus induit, vēnditor adfirmat mirē congruere.

Impostor, cum nunc ā fronte nunc ā tergō¹⁶ contemplātus 25 esset sacrificum, satis probāvit pallium; sed causātus est ā

Cf. ¹ fūrti, p. 29, l. 18. — ² periclitantis, 12, 14. — ³ intenderētur, 29, 17. — ⁴ ultrō, 3, 3. — ⁵ quererētur, 25, 21. — ⁶ asinum, 12, 3. — ⁷ sacrificus, 28, 16. — ⁸ animadvertit, 5, 14. — ⁹ nummus, 28, 18. — ¹⁰ sacerdotēs, 15, 1. — ¹¹ operam, 1, 10. — ¹² sūmat, 28, 27. — ¹³ congrueret, 30, 5. — ¹⁴ aedibus, 30, 23. — ¹⁵ prōtulit, 29, 19. — ¹⁶ tergum, 4, 6.

fronte brevius¹ quam pār esset. Ibi vënditor, nē nōn prō-
cēderet contrāctus, negat id esse palli vitium, sed crumēnam
turgidam efficere ut eā parte offenderet brevitās. Quid
5 multa? Sacrificus dēpōnit² crumēnam; dēnuō contemplan-
tur. Ibi impostor āversō sacrificō crumēnam adripit āc
sēmet in pedēs conicit.³ Sacerdōs cursū insequitur, ut erat
palliātus, et sacrificum vënditor. Sacrificus clāmat, “Tenēte
fūrem⁴!” vënditor clāmat, “Tenēte sacrificum!” impostor
10 clāmat, “Cohibēte⁵ sacrificum furentem!” et crēditum est
cum vidērent illum sic ōrnātum in publicō currere. Itaque
dum alter alteri in morā est, impostor effugit.

ERASMUS: *Convivium Fabulosum.*

Cf. ¹ breve, p. 15, l. 20. — ² dēpositō, 28, 26. — ³ conicēcit, 30, 20. —
fūrem, 30, 22. — ⁵ cohibuit, 30, 24.

II. BIOGRAPHY AND MYTHOLOGY.

CYRUS, KING OF PERSIA.

[Modern. See Table of Contents.]

His Parentage.

1. Rēx inlūstrissimus Persārum Cȳrus fuit. Multae
historiae mirābilēs dē pueritiā eius nārrantur. Astyagēs,
rēx Mēdōrum, avus eius fuit. Nam illis temporibus Persae
imperiō Mēdōrum pārēbant. Ille habuit filiam, cui nōmen
Mandana erat. Dē hāc filiā hōc ōrāculum¹ accēperat: “Si
5 filia tua nepōtem pepererit, ille rēx in tuō locō erit.” Itaque
mātrimōnium eius cum homine Mēdō prohibuit. Sed, cum
nihil timēret si cum ūnō ex Persis coniūcta esset, Cambȳsi
Persae nōbili, quī Mandanam amābat, eam in mātrimōnium
10 dūcere concessit.² Sed cum Cambȳsi et Mandanae filius
nātus esset, Astyagi timor renovātus est et, ut hōc timōre
liberārētur, cōnsilium crūdēle cēpit Cȳrum, illum nepōtem
suum, interficere. Harpagō igitur, Mēdō fidēlissimō, man-
dāvit³ ut puerum abducere et necāret.³ Is autem, cum sorte
puerī eī misericordia⁴ movērētur, pāstōri rēgiō idem quod
15 rēx mandāverat imperāvit. Hūius autem puer eiusdem
aetātis⁵ ante breve tempus mortuus erat. Itaque cum ipse
puerum pulchrum admirārētur et uxor rogāret ut eum ser-
vāret, nōn illum sed bēstiam feram necāvit, et partis ex eā
Harpagō mōnstrāvit⁶ ut ex eis mortem pueri ille cōgnōsceret. 20

Cf. ¹ ōrāculum, p. 15, l. 24. — ² concessum esset, 19, 10. — ³ mandā-
tum est, necātum, 17, 27. — ⁴ misericordiae, 6, 13. — ⁵ aetātem, 17, 4.
— ⁶ mōnstrāns, 9, 27.

His Early Years.

2. Ab illō igitur¹ pāstōre Cȳrus ēducātus est. Brevi tempore et rōbore² et animō fortī cēterōs puerōs superāvit et in lūdis³ eōrum rēx erat. Sed ōlim filius Mēdi nōbilis, qui Astyagī cārissimus erat, cum illis lūdis interesset neque rēgī creātō oboediret, sēnsit quam sevērus dominus ille filius pāstōris esset. Puer nōbilis irā incēnsus illum cum multis lacrimis⁴ apud patrem suum accusāvit. Astyagēs, cum dē illā rē audivisset, imperāvit ut pāstor cum filiō addūcerētur. Admirātus est formam puerī et, cum faciem Mandanae filiae similem vidisset, interrogandō dēnique cōgnōvit quis esset⁵ puer et cūr tum nōn interfectus esset. Iam timor novus eī excitātus esset, nisi sacerdotēs⁶ eum his verbis cōsolātī essent: “Nōn est, ō rēx potentissime, causa cūr sollicitēris. Nam fuit ille rēx inter puerōs lūdentis⁶; itaque ē tuō rēgnō tē nōn ēiciet.” Itaque Astyagēs Cȳrum apud sē retinuit et¹⁵ in locō fili ēducāvit. Quod autem Harpagus imperiis nōn pāruerat,⁷ crūdēlissimā poenā eum persecūtus est. Ad cēnam⁸ enim eum invitāvit et eī filium ēius in cēnā adposuit. Post cēnam eī dixit quō cibō dēlectātus⁹ esset. Ex illō tempore Harpagus Astyagī infēstissimus¹⁰ erat. Sed odium suum occultāvit¹¹ et tempus idōneum exspectāvit ut illam crūdēlitate m rēgis ulciscerētur.

Plan to make him King.

3. Cum Astyagēs senex¹² esset dūrus et crūdēlis, Cȳrus autem adulēscēns et Mēdis et Persis grātissimus, Harpagus brevi tempore effēcit ut etiam Mēdi novum rēgem dēsiderā-²⁵ rent.¹³ Cȳrum autem dē libertāte Persārum admonuit et saepe

Cf. ¹ igitur, p. 3, l. 14. — ² rōbore, 21, 28. — ³ lūdōrum, 23, 16. — ⁴ lacrimās, 15, 10. — ⁵ sacerdotī, 31, 17. — ⁶ lūdēbat, 21, 5. — ⁷ pārēbant, 33, 4. — ⁸ cēnam, 4, 16. — ⁹ dēlectāret, 23, 11. — ¹⁰ opp. amīcissimus. — ¹¹ occultārem, 24, 4. — ¹² senex, 11, 16. — ¹³ dēsiderāvit, 16, 8.




FIG. 16.—A RECORD OF CYRUS THE GREAT.

adhortātus est ut avum ē rēgnō ēiceret idque ipse occuparet. Cōsiliō Harpagi Cȳrus pārui¹ et ita ēgit. Omnis nōbilis Persās convocāvit et eis epistolam mōnstrāvit.² “Hāc epistolā,” inquit, “avus meus vōbis imperat ut mihi
5 in omnibus rēbus oboediātis.³” Cum haec verba locūtus esset, eis labōrēs molestissimōs mandāvit.⁴ Sed post finitōs labōrēs cum omnēs exhausti essent et sortem suam miserarentur, Cȳrus in sequentem diem eōs ad cēnam opulentissimam et ad lūdōs laetōs invitāvit. Tum eōs interrogāvit
10 num in locō labōrum gravissimōrum primī diēi gaudia⁵ secundī diēi sibi ēligerent.⁶ Respondērunt omnēs: “Illis gaudiis semper dēlectēmur.” Tum ille, “Hōc,” inquit, “habēbitis, si cōsilia mea secūtī eritis et imperiō Mēdōrum vōs liberāveritis. Adgredimini⁷ igitur, Persae, Astyagem et
15 profitēmini libertātem vestram.” Māgnō clamōre Persae Cȳri verba probāvērunt et cum Astyage bellum prō libertāte gerere cōstituērunt.

He Conquers Astyages.

4. Astyagēs cum dē tumultū Persārum comperisset,⁸ Cȳrum ad sē vocāvit. Is autem respondit: “Breviōre tempore
20 apud tē erō quam ipse optāveris.” Māgnā igitur celeritāte Astyagēs omnīs Mēdōs armāvit, eisque eundem Harpagum praefecit⁹ quem olim odiō acerbissimō¹⁰ incenderat. Is autem per nūntium¹¹ Cȳrum hortātus est nē Mēdōrum cōpiās timēret, cum ipse omnīs rēs ad illius victōriam necessāriās prō-
25 vidisset. Itaque cum proelium committerētur,¹² nōn nulli Mēdōrum pūgnāvērunt, multi autem aut fūgērunt aut Harpagum secūtī sunt, qui cum Cȳrō sē coniūxit. Astyagēs, cum hōc comperisset, ipse cum fidēlissimis Mēdis qui ex

Cf. ¹ pāruerat, p. 35, l. 17. — ² mōnstrāvit, 33, 20. — ³ oboediret, 35, 5. — ⁴ mandāvit, 33, 13. — ⁵ gaudium, 21, 15. — ⁶ ēligerat, 23, 18. — ⁷ adgressus est, 24, 7. — ⁸ comperisset, 15, 27. — ⁹ praefecērunt, 19, 7. — ¹⁰ acerbissimae, 14, 14. — ¹¹ nūntium, 20, 2. — ¹² commisit, 19, 22.

clāde supererant cum Cȳrō congressus est. Sed fugātus et captus est. Cȳrus autem Astyagem captivum in māgnō honōre habuit et, cum mortuus esset, māgnō dolōre commōtus est. Cum rēgnum Persārum et Mēdōrum adeptus
5 esset, omnīs gentis propinquās¹ imperiō suō adiungere cōnātus est. Itaque bellum gessit cum Croesō, Lȳdōrum rēge, quem vicit et cēpit. Tum nōn nullās urbis Asiae in orā maris Aegaei sitās² ipse expūgnāvit; cēterās urbis cēpit Harpagus, quem prō meritīs partī exercitūs praefecerat. Cȳrus enim contrā gentis profectus erat quae sine sēdibus
10 certis vagābantur et rēgnum Persārum populābantur. Cum eārum iniūriās ultus³ esset, bellum cum Babylōniis anno ante Christum nātum quingentēsimo undēquadrāgēsimo incēpit.

The Capture of Babylon.

5. Erat autem Babylōn urbs opulentissima⁴ et potentissima ad Euphrātem flūmen sita. Ante mūrōs Cȳrus Babylōniōs
15 primō impetū fugāvit.⁵ Sed cum urbem obsidēre incēpisset, propter cōpiam⁶ cibōrum quam incolae prōviderant et propter ingentis⁷ mūrōs ea rēs māgnās habuit difficultātēs. Itaque dolum adhibuit. Fossam enim ab eō locō ubi flūmen ad urbem accēdēbat hōris nocturnis, nē Babylōniis sentirent, ad
20 eam partem dūxit ubi flūmen ex urbe veniēbat. Ita effecit⁸ ut, cum fossa complēta⁹ esset, aqua in flūmine ipsō deesset et locō vacuō militibus via in urbem parārētur. Ita militēs in urbem nocte ingressi et mūrōrum portārumque potiti sunt. Tanta autem urbs erat ut, cum iam partēs mūris propinquae
25 ā Cȳri militibus expūgnatae essent, ei qui in mediā urbe habitābant dē illā rē nūntium nōndum accēpissent. Cum hūius tantae urbis potitus esset, Cȳrus etiam prōvinciās rēgni Babylōnici brevi¹⁰ tempore expūgnāvit. Iūdaeōs autem,

Cf. ¹ propinquos, p. 12, l. 20. — ² sitas, 1, 8. — ³ ulciscerētur, 35, 22. — ⁴ opulentissimam, 36, 8. — ⁵ fugātus, 1, 1. — ⁶ cōpia, 16, 5. — ⁷ ingentem, 4, 8. — ⁸ efficerent, 19, 28. — ⁹ complēverat, 15, 14. — ¹⁰ breve, 15, 20.

quī ā rēgibus Babylōniōrum capti et ex patriā abducti erant, in patriam remisit eisque concessit¹ ut templum restituerent.

War with the Barbarians.

6. Sed iterum tumultibus² eārundem gentium dē quibus nārāvimus Cŷrus in illās partīs rēgnī vocātus est. Inter illōs barbarōs Massagetæ et rōbore³ corporum et animō bellicōsō clārī erant. Eōrum rēgīna Tomyris erat, fēmina prudentissima et fortissima. Hanc Cŷrus in mātirimōnium dūcere cōstituit ut Persās iniūris Massagetārum liberāret. Sed illa, quæ Cŷrī cōnsilia perspiciēbat,⁴ ēius mātirimōnium repu-
10 diāvit. Ad pūgnandum autem in suam terram eum invitāvit et hortāta est nē trānsitum Araxis flūminis verērētur. Id flūmen enim Persās ā Massagetīs divisit. Cŷrus, cum ipse nesciret quid faceret, Croesum, captivum Lŷdōrum rēgem, interrogāvit quid suādēret. Tum ille monuit ut faceret id
15 quod Tomyris postulāset,⁵ et cum exercitū in terram Massagetārum ingrederētur. “Tum autem,” inquit, “recēde ut speciem timōris et fugæ praebeās⁶; sed in castris cēnam opulentam et māgnam cōpiam vinī cum paucis custōdibus relinque.” Hōc cōnsilium Cŷrō placuit. Cum ita fēcisset,
20 tertia pars Massagetārum ad castra Persārum relicta properāvit, custōdēs interfēcit, cibīs⁷ dēlectāta est, vinum omne hausit, dēnique somnō vinōque oppressa dormīvit.⁸ Iam Persæ aderant, māgnam partem barbarōrum interfēcērunt, nōn nullōs cēperunt, in eis filium rēgīnæ.

Death of Cyrus.

25 7. Tum hunc nūntium Tomyris ad Cŷrum misit: “Moneō tē, rēx crudēlissime, ut mihi filium remittās et exercitum abducās. Nisi id fēceris, calamitātem meam ulciscar⁹ et

Cf. ¹ concessum esset, p. 19, l. 10. — ² tumultū, 36, 18. — ³ rōbore, 21, 28. — ⁴ perspēxerat, 19, 15. — ⁵ postulābis, 4, 3. — ⁶ praebuilt, 8, 4. — ⁷ cibum, 24, 12. — ⁸ dormientem, 6, 3. — ⁹ ultus esset, 37, 12.

cruōre tē insatiābilem satiābō.” Haec verba Cŷrus contempsit¹; neque illi filium remisit neque exercitum abduxit. Rogāvit autem filius rēgīnæ ut vinculis molestis² liberārētur. Cum id ei praebitum esset, gladium adripuit et ipse sē interfēcit. Tomyris autem, cum omnis cōpiās conlēgisset, cum
5 Cŷrō proelium commisit.³ Haec pūgna acerbissima et crudēlissima fuit, nam Persæ prō vitā et reditū, barbarī prō patriā et libertāte dimicābant. Māgna pars Persārum occidit; etiam Cŷrus necātus⁴ est. Tum Tomyris corpus Cŷrī quaesivit⁵ et cum reperisset, caput ā corpore divisit. Hōc in cruō-
10 rem coniēcit, cum diceret: “Iam tē, homō insatiābilis, quod tibi pollicita⁶ sum cruōre satiābō.” Ita mortuus est Cŷrus et rēgnum Cambŷsī filiō reliquit.

Cf. ¹ contempsī, p. 3, l. 16. — ² molestissimōs, 36, 6. — ³ committerētur, 36, 25. — ⁴ necāret, 33, 14. — ⁵ quaerēbant, 2, 16. — ⁶ pollicitus est. 35, 22.




FIG. 17.—TOMB OF CYRUS THE GREAT.

THE STORY OF ULYSSES.

[Ritchie: Fabulae Faciles.]

Homeward Bound.

1. Urbem Trōiam ā Graecis decem annōs obsessam¹ esse satis cōstat; dē hōc enim bellō Homērus, māximus poētārum Graecōrum, Īliadem, opus² nōtissimum, scripsit. Trōiā tandem per insidiās captā, Graeci longō bellō fessi domum 5 redire mātūrāvērunt. Omnibus igitur ad profectiōnem parātis nāvis dēdūxērunt, et tempestātem idōneam³ nacti māgnō cum gaudiō solvērunt. Erat inter primōs Graecōrum Ulixēs quīdam, vir summae virtūtis ac prūdentiae, quem dicunt nōn nulli dolum⁴ istum excōgitāsse per quem Trōiam captam 10 esse cōstat. Hic rēgnum insulae Ithacae obtinuerat et, paulō antequam cum reliquis Graecis ad bellum profectus est, puellam formōsissimam, nōmine Pēnelopēn, in mātīmōnium dūxerat. Nunc igitur, cum iam decem annōs quasi in exsiliō cōnsūmpsisset, māgnā cupidine patriae et uxōris 15 videndae ārdēbat.

The Lotus Eaters.

2. Postquam tamen pauca milia passuum ā litore Trōiae prōgressi sunt, tanta tempestās subitō coōrta est ut nūlla nāvium cursum⁵ tenēre posset, sed aliae aliās in partis disicerentur. Nāvis autem quā ipse Ulixēs vehēbatur⁶ vī tempestātis ad merīdiem delāta decimō diē ad litus⁷ Libyae adpulsa est. Ancoris iactis Ulixēs cōstituit nōn nullōs ē sociis in terram expōnere, quī aquam ad nāvem referrent et quālis esset nātūra eius regiōnis cōgnōscerent. Hī igitur ē

Cf. ¹ obsidēre, p. 37, l. 16. — ² opus, 10, 9. — ³ idōneum, 35, 21. — ⁴ dolum, 37, 19. — ⁵ cursum, 30, 13. — ⁶ veherētur, 12, 1. — ⁷ litore, 1, 5.

40

nāvi ēgressi imperāta facere parābant. Dum tamen fontem quaerunt, quibusdam ex incolīs¹ obviam facti ab eis hospitio accepti sunt. Accidit autem ut victus² eōrum hominum ē mirō quōdam fructū, quem lōtum appellābant, paene omninō³ cōstāret. Quem cum Graeci gustāssent, patriae et sociōrum 5 statim obliti sē cōfirmāvērunt semper in eā terrā māsūrōs,⁴ ut dulci illō cibō⁵ in aeternum vescerentur.

The Lotus Eaters (continued).

3. At Ulixēs, cum ab hōrā septimā ad vesperum⁶ expectāset, veritus⁷ nē socii suī in periculō versārentur, nōn nullōs ē reliquis misit, ut quae causa esset morae cōgnōscerent.⁸ Hī 10 igitur in terram expositi ad vicum quī nōn longē āfuit sē contulērunt; quō cum vēnissent, sociōs suōs quasi vinō ēbriōs repperērunt.⁹ Tum ubi causam veniendī docuērunt,¹⁰ eis persuādere cōnābantur ut sēcum ad nāvem redirent. Illi tamen resistere ac manū sē dēfendere coepērunt, saepe 15 clāmitantēs sē numquam ex eō locō abiturōs. Quae cum ita essent, nūntiū¹¹ rē infectā ad Ulixem rediērunt. His rēbus cōgnitis Ulixēs ipse cum omnibus quī in nāvi relictī sunt ad locum vēnit; et sociōs suōs frūstrā¹² hortātus ut sponte suā redirent, manibus eōrum post terga vinctis,¹³ invitōs ad nāvem 20 reportāvit. Tum ancoris sublātis¹⁴ quam celerrimē ē portū solvit.¹⁵

The One-eyed Giant.

4. Postridiē¹⁶ eius diēi postquam tōtam noctem rēmis contenderant, ad terram ignōtam nāvem adpulērunt.¹⁷ Tum, quod nātūram eius regiōnis ignōrābat, ipse Ulixēs cum duo- 25

Cf. ¹ incolae, p. 37, l. 17. — ² victum, 25, 8. — ³ omninō, 4, 15. — ⁴ mānsit, 24, 10. — ⁵ cibis, 38, 21. — ⁶ vesperum, 18, 5. — ⁷ verērētur, 38, 11. — ⁸ cōgnōscerent, 40, 23. — ⁹ repperisset, 39, 10. — ¹⁰ docuit, 11, 21. — ¹¹ nūntium, 20, 2. — ¹² frūstrā, 6, 9. — ¹³ vinctus, 16, 6. — ¹⁴ tollere, 27, 11. — ¹⁵ solvērunt, 40, 7. — ¹⁶ postridiē, 25, 5. — ¹⁷ adpulsa est, 40, 21.

decim ē sociis in terram ēgressus locum explorāre cōstituit. Paulum ā litore progressi ad antrum ingēns pervēnerunt, quod habitāri sēserunt; ēius enim introitum arte et manibus munitum¹ esse animadvertērunt. Mox,² etsi intellegēbant sē
5 nōn sine periculō id factūrōs, antrum intrāvērunt; quod cum fēcissent, māgnam cōpiam lactis invēnerunt in vāsīs ingenti-



FIG. 18. — HEAD OF A CYCLOPS.

bus conditam.³ Dum tamen mirantur quis eam sēdem inco-
leret, sonitum terribilem audivērunt, et oculis ad portam
versis mōnstrum horribile vidērunt, humanā quidem speciē⁴
10 et figurā, sed ingenti māgnitudine corporis. Cum autem animadvertissent gigantem unum tantum oculum habere in mediā fronte positum, intellēxērunt hunc esse unum ē Cyclopibus, dē quibus fāmam iam accēperant.

Cf. ¹ permunitis, p. 27, l. 27. — ² mox, 1, 10. — ³ conditis, 27, 26. — ⁴ speciem, 33, 17.

The Giant's Supper.

5. Cyclopēs autem pāstōrēs¹ erant quidam, qui insulam Siciliam et praecipuē montem Aetnam incolēbant; ibi enim Volcānus, praeses fabrōrum² et ignis repertor, cūius servi Cyclopēs erant, officinam³ suam habēbat.

Graeci igitur, simul ac mōnstrum vidērunt, terrōre paene
5 exanimāti in interiōrem partem spelūncae⁴ refūgerunt et sē ibi cēlāre⁵ cōnābantur. Polyphēmus autem, ita enim gigās appellātus est, pecora sua in spelūncam ēgit; tum cum saxō⁶ ingenti portam obstrūxisset, ignem in mediō antrō accendit. Hōc factō, oculō omnia perlūstrābat et, cum sēnsisset homi-
10 nēs in interiōre parte antri cēlāri, māgnā vōce exclāmāvit: “Quī estis hominēs? Mercātōrēs an latrōnēs?” Tum Ulixēs respondit sē neque mercātōrēs esse neque praedandi causā vēnisse; sed ē Trōiā redeuntis vī tempestātum ā rēctō cursū dēpulsōs esse; orāvit⁸ etiam ut sibi sine iniuriā abire
15 liceret. Tum Polyphēmus quaesivit ubi esset nāvis quā vecti⁹ essent; Ulixēs autem, cum bene intellexeret sibi māximē praecavendum esse, respondit nāvem suam in rūpis coniectam¹⁰ et omninō perfrāctam esse. Polyphēmus autem nullō datō respōnsō duo ē sociis manū conripuit, et membris eōrum
20 dīvolsis carnem dēvorāre¹¹ coepit.

No Way of Escape.

6. Dum haec geruntur, Graecōrum animōs tantus terror occupāvit ut nē vōcem quidem ēdere¹² possent, sed omnī spē salutis dēpositā¹³ mortem praesentem expectārent. At Polyphēmus, postquam famēs hāc tam horribili cēnā dēpulsā¹⁴
25 est, humi prōstrātus somnō sē dedit. Quod cum vidisset

Cf. ¹ pāstōri, p. 33, l. 15. — ² faber, 10, 8. — ³ officinam, 29, 26. — ⁴ spelūncam, 24, 3. — ⁵ cēlāvit, 4, 3. — ⁶ saxum, 15, 9. — ⁷ latrō, 8, 9. — ⁸ orānti, 6, 6. — ⁹ vehēbātur, 40, 19. — ¹⁰ coniecta sunt, 19, 25. — ¹¹ dēvorātūrus erat, 6, 5. — ¹² ēdēbantur, 2, 14. — ¹³ dēpositō, 28, 26. — ¹⁴ dēpulsōs esse, 1, 15.

Ulixēs, tantam occāsiōnem rei bene gerendae nōn omittendam arbitrātus,¹ in eō erat ut pectus mōnstri gladiō² trānsfigeret. Cum tamen nihil temerē agendum existimāret,³ cōstituit explōrāre, antequam hōc faceret, quā ratiōne ex
5 antrō ēvādere possent. At cum saxum animadvertisset quō introitus obstructus erat, nihil sibi prōfuturum⁴ intellēxit si Polyphēmum interfēcisset. Tanta enim erat eius saxi māgnitūdō ut nē⁵ ā decem quidem⁵ hominibus amovēri posset. Quae cum ita essent, Ulixēs hōc dēstitit cōnātū et ad sociōs
10 rediit; quī, cum intellēxissent quō in locō rēs essent, nullā spē salutis oblātā dē fortūnis suis dēspērāre coepērunt. Ille tamen nē animōs dēmitterent⁶ vehementer hortātus est; dē mōnstrāvīt sē iam antea ē multis et māgnis periculis ēvāsisse, neque dubium esse quīn in tantō discrimine dii auxiliū ad-
15 lātūrī⁷ essent.

A Plan for Vengeance.

7. Ortā luce Polyphēmus iam ē somnō excitātus idem quod hesternō diē fēcit; conreptis⁸ enim duōbus ē reliquīs virīs, carnem⁹ eōrum sine morā dēvorāvit. Tum, cum saxum amō-
vissēt, ipse cum pecore¹⁰ suō ex antrō prōgressus est. Quod
20 cum vidērent Graeci, māgnam in spem vēnērunt sē post paulum ēvāsūrōs. Mox tamen ab hāc spē repulsi sunt; nam Polyphēmus, postquam omnēs ovēs exiērunt, saxum in locum restituit. Reliqui omni spē salutis dēpositā¹¹ lāmentis lacrimisque sē dēdidērunt; Ulixēs vērō, quī, ut suprā dē-
25 mōnstrāvimus, vir māgnī fuit cōnsilī, etsi bene intellegēbat rem in discrimine esse, nōndum¹² omninō dēspērābat. Tandem postquam diū tōtō animō cōgitāvit, hōc cēpit cōnsiliū. E lignis¹³ quae in antrō reposita sunt pālum māgnū dēlēgit,

Cf. ¹ arbitror, p. 25, l. 6. — ² gladium, 39, 4. — ³ existimāns, 19, 1. — ⁴ profuit, 16, 12. — ⁵ nē . . . quidem, 28, 8. — ⁶ demisit, 11, 8. — ⁷ adferri, 11, 18. — ⁸ conripuit, 43, 20. — ⁹ carnibus, 28, 23. — ¹⁰ pecora, 43, 8. — ¹¹ dēpositā, 43, 24. — ¹² nōndum, 37, 27. — ¹³ lignōrum, 16, 5.

quem summā cum diligentīā praeacūtum fēcit; tum postquam sociis quid fieri vellet ostendit, reditum¹ Polyphēmi exspectābat.

A Glass too Much.

8. Sub vesperum Polyphēmus ad antrum rediit et eōdem modō quō antea cēnāvit.² Tum Ulixēs ūtrem vinī prōmpsit, 5 quem forte, ut in tālibus rēbus accidere cōnsuēvit, sēcum adtulerat, et, postquam māgnam crātēram vinō replēvit, gigantem ad bibendum³ prōvocāvit. Polyphēmus, quī numquam antea vinum gustāverat,⁴ tōtam crātēram statim hausit; quod cum fēcisset, tantam voluptātem⁵ percēpit ut iterum et 10 tertium crātēram replēri iusserit. Tum, cum quaesivisset quō nōmine Ulixēs appellārētur, ille respondit sē Nēminem appellāri. Quod cum audivisset, Polyphēmus ita locūtus est: “Hanc tibi grātiam prō tantō beneficiō referam; tē ultimum⁶ omnium dēvorābō.” His dictis cibō vinōque gravātus recu- 15 buit et post breve tempus somnō oppressus est. Tum Ulixēs sociis convocātis, “Habēmus,” inquit, “quam petiimus facultātem⁷; proinde nē tantam occāsiōnem rei bene gerendae omittāmus.”

Nobody.

9. Hāc orātiōne habitā, postquam extrēmum pālum igni 20 calefēcit, oculum Polyphēmi dum dormit flagrante⁸ lignō trānsfōdit; quō factō omnēs in diversās spēluncae partis sē abdidērunt. At ille subitō illō dolōre, quod necesse fuit, ē somnō excitātus, clāmōrem terribilem sustulit,⁹ et dum per spēluncam errat Ulixī manum inicere cōnābātur; cum tamen 25 iam omninō caecus esset, nullō modō hōc efficere potuit. Interea reliquī Cyclōpes clāmōre auditō undique ad spēlun-

Cf. ¹ reditū, p. 39, l. 7. — ² cēnābat, 3, 20. — ³ bibentī, 8, 9. — ⁴ gustāssent, 41, 5. — ⁵ voluptātem, 2, 11. — ⁶ ultimum, 17, 24. — ⁷ facultātem, 24, 6. — ⁸ flagrābat, 19, 8. — ⁹ tollere, 27, 11.

cam convēnerunt, et ad introitum ¹ adstantēs quid Polyphēmus ageret quaesivērunt, et quam ob causam tantum clamōrem sustulisset. Ille respondit sē graviter vulnerātum esse et magnō dolōre adfici. Cum tamen ceteri quaesivissent quis
5 ei vim intulisset, respondit ille Nēminem id fēcisse. Quibus auditis ūnus ē Cyclōpibus, “At si nēmō,” inquit, “tē volnerāvī, haud dubium est quā cōsiliō deōrum, quibus resistere nec possumus nec volumus, hōc supplicio adficiāris.” His dictis abiērunt Cyclōpes eum in insāniam incidisse ²
10 arbitrāti.

The Flight.

10. At Polyphēmus, ubi sociōs suōs abiisse sēnsit, ³ furōre atque amēntiā impulsus Ulixem iterum quaerere coepit;




FIG. 19. — ULYSSES UNDER THE RAM.

tandem cum portam invēnisset, saxum quō obstrūcta erat amōvit, ut pecus ⁴ ad agrōs exiret. Tum ipse in introitū sēdit
15 et, ut quaeque ovis ad locum vēnerat, tergum eius manibus

Cf. ¹ introitum, p 42, l. 3. — ² incidit, 6, 8. — ³ sēnsit, 10, 4. — ⁴ pecora, 43, 8.

tractābat, nē viri inter ovīs ¹ exire possent. Quod cum animadvertisset Ulixēs, hōc iniit cōsiliū; bene enim intellēxit omnem spem salutis in dolō magis quam in virtūte pōnī. Primum trīs quās vidit pinguissimās ex ovibus delēgit; quās
5 cum inter sē viminibus cōnexuisset, ūnum sociōrum ventribus eārum ita subiēcīt ut omninō latēret; deinde ovis hominem sēcum fērentis ad portam ēgit. ² Id accidit ³ quod fore suspicātus erat. Polyphēmus enim, postquam manūs tergīs eārum imposuit, ovīs praeterire passus est. Ulixēs, ubi rem ita fēliciter ēvēnisse vidit, omnīs suōs sociōs ex ōrdine eōdem ⁴
10 modō ēmisit; quō factō ipse ultimus ⁴ ēvāsīt.

Out of Danger.

11. His rēbus ita cōfectis, ⁵ Ulixēs cum sociis māximē veritus ⁶ nē Polyphēmus fraudem sentiret, quam celerrimē ad litus ⁷ contendit. Quō cum vēnissent, ab eis quī nāvī praesidiō relictī erant māgnā cum laetitiā acceptī sunt. Hī enim, ⁸
15 cum animīs anxiis iam trīs diēs reditum ⁸ eōrum in hōrās exspectāvissent, eōs in periculum grave incidisse, id quod erat, suspicātī, ipsī auxiliandi causā ēgredi parābant. Tum Ulixēs, nōn satis tūtum esse arbitrātus ⁹ sī in eō locō manēret, quam celerrimē proficisci cōstituit. Iussit igitur omnis ¹⁰
20 nāvem cōscendere et ancoris sublātis ¹⁰ paulum ā litore in altum prōvectus est. Tum māgnā vōce exclāmāvit: “Tū, Polyphēme, quī iūra hospiti spernis, iūstam et dēbitam poenam immānitātis tuae solvistī.” Hāc vōce auditā Polyphēmus irā vehementer commōtus ad mare sē contulit ¹¹ et, ubi
25 intellēxit nāvem paulum ā litore remōtam esse, saxum ingēns manū conreptum ¹² in eam partem coniēcīt unde vōcem venire sēnsit. Graeci autem, etsi minimum āfuit quin submergerentur, nullō acceptō damnō cursum tenuerunt.

Cf. ¹ ovēs, p. 44, l. 22. — ² ēgit, 43, 8. — ³ accidit, 41, 3. — ⁴ ultimum, 17, 24. — ⁵ cōfectō, 12, 24. — ⁶ verērētur, 38, 11. — ⁷ litore, 1, 5. — ⁸ reditū, 39, 7. — ⁹ arbitror, 25, 6. — ¹⁰ sustulit, 45, 24. — ¹¹ contulērunt, 41, 12. — ¹² conripuit, 43, 20.

The Country of the Winds.

12. Pauca milia passuum ab eō locō prōgressus Ulixēs ad insulam quandam, nōmine Aeoliam, nāvem adpulit.¹ Haec patria erat Ventōrum.

5 " Hīc vāstō rēx Aeolus āntrō
Lūctantīs ventōs tempēstātēsque sonōrās
Imperīō premit āc vincīs et cārcere frēnat."

Ibi rēx ipse Graecōs hospitīō² accēpit atque eīs persuāsit ut ad recuperandās vīris paucōs diēs in eā regiōne commorārentur.³ Septimō diē, cum socii ē labōribus sē recēpissent,
10 Ulixēs, nē anni tempore ā nāvīgatiōne exclūderētur, sibi sine morā proficiscendum statuit.⁴ Tum Aeolus, quī bene sciēbat eum māximē cupidum esse patriae videndae, Ulixi iam profectūrō māgnūm dedit saccūm ē coriō cōnfectum, in quō ventōs omnis praeter ūnum inclūserat. Zephyrum tan-
15 tum praetermiserat, quod illum ventum ad Ithacam nāvīgandō idōneum⁵ esse sciēbat. Ulixēs hōc dōnum libenter⁶ accēpit et grātīs prō tantō beneficiō relātis saccūm ad mālum ligāvit. Tum omnibus ad profectiōnem⁷ parātis meridiānō ferē tempore ē portū solvit.⁸

The Winds Let Loose.

20 13. Novem diēs ventō secundissimō cursum tenuērunt, iamque in cōnspectum patriae suae vēnerant, cum Ulixēs lassitūdine cōnfectus, ipse enim manū suā gubernābat, ad quīetē capiendam recubuit.⁹ At socii, quī iamdūdum mirābantur quid in illō saccō inclūsum esset, cum vidērent ducem
25 somnō oppressum esse, tantam occāsiōnem¹⁰ nōn omittendam arbitrātī sunt; crēdebant enim aurum et argentum ibi cēlārī.¹¹

Cf. ¹ adpulsa est, p. 40, l. 21. — ² hospitīō, 12, 22. — ³ morātus, 27, 18. — ⁴ statuērunt, 17, 14. — ⁵ idōneum, 35, 21. — ⁶ libentius, 29, 21. — ⁷ profectiōnem, 40, 5. — ⁸ solvērunt, 40, 7. — ⁹ recubuit, 45, 15. — ¹⁰ occāsiōnem, 44, 1. — ¹¹ cēlārē, 43, 7.

Itaque spē lucrī adductī saccūm sine morā solvērunt; quō factō ventī,

" Velut āgmīne factō,
Quā data pōrta, ruūt et tērrās tūrbīne pērfiant."

Extēplō tanta tempestās subitō cōorta est ut illi cursum
5 tenēre nōn possent, sed in eandem partem unde erant profectī referrentur.¹ Ulixēs ē somnō excitātus, quō in locō rēs



FIG. 20.—OPENING THE WIND BAG.

esset statim intellēxit. Saccūm solūtum, Ithacam post tergum relictam, vidit. Tum vērō māximē indignatiōne exārsit² sociōsque obiurgābat, quod cupiditate pecūniae adductī spem
10 patriae videndae prōiēcissent.

Cf. ¹ referam, p. 25, l. 18. — ² exārsit, 12, 9.

Drawing Lots.

14 Brevi intermissō spatiō Graeci insulae cuidam adpropinquāvērunt, quam Circē, filia Sōlis, incolēbat. Ibi cum nāvem adpulisset,¹ Ulixēs in terram frūmentandi causā ēgre-
dendum esse statuit; cōgnōverat enim frūmentum quod in
5 nāvi habērent iam dēficere. Sociis igitur ad sē convocātis, quō in locō rēs esset et quid fieri vellet ostendit.² Cum tamen omnēs in memoriā tenērent quam crūdēli morte occubuissent ei quī nūper in patriam Cyclōpum ēgressi essent, nēmō reper-
tus³ est quī hōc negōtium suscipere vellet. Quae cum ita
10 essent, rēs ad contrōversiam dēducta est. Tandem⁴ Ulixēs cōsēnsū omnium sociōs in duās partīs divisit, quārum alteri Eurylochus, vir summae virtūtis, alteri ipse praeesset. Tum hī duo inter sē sortiti⁵ sunt, uter in terram ēgrederētur. Hōc factō, Eurylochō sorte⁶ ēvēnit ut cum duōbus et viginti sociis
15 rem susciperet.

The House of the Enchantress.

15 His rēbus ita cōstitutis, ei quī sorte ducti erant in interiōrem partem insulae profecti sunt. Tantus tamen timor animōs eōrum occupāverat⁷ ut nihil dubitārent quin morti obviam⁸ irent. Vix quidem poterant ei quī in nāvi relictī erant
20 lacrimās tenēre; crēdēbant enim sē sociōs suōs numquam iterum visūrōs. Illi autem aliquantum itineris prōgressi ad villam quandam pervēnērunt summā māgnificentiā aedificā-
tam; cuius ad ōstium cum adiissent, carmen⁹ dulcissimum audivērunt. Tanta autem fuit eius vōcis dulcedō ut nullō
25 modō retinēri possent quin iānuam¹⁰ pulsārent. Hōc factō ipsa Circē forās exiit et summā cum benignitate omnis in

Cf. ¹ adpulit, p. 48, l. 2. — ² ostenderet, 9, 10. — ³ reperit, 28, 18. — ⁴ tandem, 44, 26. — ⁵ sortitus est, 18, 2. — ⁶ sorte, 33, 14. — ⁷ occupāvit, 7, 15. — ⁸ obviam, 41, 2. — ⁹ carmen, 3, 24. — ¹⁰ iānuam, 4, 6.

hospitium invitāvit. Eurylochus insidiās¹ comparāri suspicā-
tus foris exspectāre cōstituit, at reliquī rei novitate adducti
intrāvērunt. Convivium² māgnificum invēnērunt omnibus
rēbus instrūctum, et iussū dominae libentissimē accubuērunt.³
At Circē vinum quod servi adposuērunt medicāmentō quō-
dam miscerat; quod cum illi bibissent, gravi sopōre subitō
5 oppressi sunt.

Men Changed to Pigs.

16. Tum Circē, quae artis magicae summam scientiam habēbat, baculō aureō quod gerēbat⁴ capita eōrum tetigit; quō factō omnēs in porcōs subitō conversi sunt. Intereā
10 Eurylochus ignārus quid in aedibus⁵ agerētur, ad ōstium⁶ sedē-
bat; postquam tamen ad sōlis occāsum⁷ anxio animō et sollicitō exspectāverat, sōlus ad nāvem regredi cōstituit. Eō cum vēnisset, anxietate ac timōre ita perturbātus fuit ut quae vidisset vix lucidē nārrāre posset. At Ulixēs satis intellēxit
15 sociōs suōs in periculō versārī,⁸ et, gladiō conreptō,⁹ Eurylochō imperāvit ut sine morā viam ad istam domum mōnstrāret. Ille tamen multis cum lacrimis Ulixem complexus¹⁰ obsecrāre coepit nē in tantum periculum sē committeret: 'Sī quid gravius ei accidisset, omnium salutem in summō discrimine¹¹
20 futūram.' Ulixēs autem respondit sē nēminem invitum sē-
cum adductūrum; ei licere,¹² si mallet, in nāvi manēre; sē ipsum sine ūllō auxiliō rem susceptūrum. Hōc cum māgnā vōce dixisset, ē nāvi dēsilit et nullō sequente sōlus in viam
25 sē dedit.

The Counter Charm.

17. Aliquantum¹³ itineris prōgressus ad villam māgnificam pervēnit, quam cum oculis perlūstrasset,¹⁴ statim intrāre sta-

Cf. ¹ insidiās, p. 40, l. 4. — ² conviviiis, 7, 10. — ³ accumbere, 4, 14. — ⁴ gerēns, 10, 15. — ⁵ aedibus, 30, 23. — ⁶ ōstium, 50, 23. — ⁷ occāsus, 28, 6. — ⁸ versābar, 24, 19. — ⁹ conreptum, 47, 27. — ¹⁰ complexus, 18, 9. — ¹¹ discrimine, 44, 14. — ¹² licet, 5, 12. — ¹³ aliquantum, 50, 21. — ¹⁴ perlūstrābat, 43, 10.

tuit; intellēxit enim hanc esse eandem dē quā Eurylochus mentiōnem fēcisset. At cum in eo esset ut limen¹ trānsiret, subitō obviā ei stetit adulēscēns formā pulcherrimā aureum baculum² manū gerēns. Hic Ulixem iam domum intrantem
5 manū conripuit et, “Quō ruis?” inquit. “Nōne scis hanc esse Circēs domum? Hic inclūsī sunt amīcī tuī, ex hūmānā




FIG. 21. — ULYSSES AT THE HOUSE OF CIRCE.

speciē³ in porcōs conversī. Num vis ipse in eandem calamitātē venire?” Ulixēs simul ac vōcem audīvit, deum Mercurium agnōvit⁴; nullis tamen precibus⁵ ab institūtō cōnsiliō
10 dētērrērī potuit. Quod cum Mercurius sēnsisset, herbam quandam eī dedit, quam contrā carmina⁶ māximē valēre dicēbat. “Hanc cape,” inquit, “et ubi Circē tē baculō tetigerit,⁷ tū strictō gladiō impetum in eam vidē ut faciās.” His dictis Mercurius

15 “Mórtālis visūs mediō sermōne relquit,
Ét procul ín tenuem éx oculis évānuit aúram.”

Cf. ¹ limine, p. 27, l. 13. — ² baculō, 51, 9. — ³ speciē, 38, 17. — ⁴ agnōscit, 27, 14. — ⁵ precēs, 3, 12. — ⁶ carmen, 50, 23. — ⁷ tetigit, 51, 9.

The Enchantress Foiled.

18. Brevi intermissō spatiō, Ulixēs ad omnia pericula subeunda parātus ostium pulsāvit et foribus patefactis ab ipsā Circē benignē exceptus est. Omnia eōdem modō atque antea facta sunt. Cēnam¹ māgnificē instructam² vidit et accumbere iūssus est. Mox, ubi famēs³ cibō dēpulsa est, 5 Circē pōculum aureum vinō replētum⁴ Ulixī dedit. Ille, etsi suspicātus est venēnum sibi parātum esse, pōculum exhaustit. Quō factō Circē, postquam caput ēius baculō tetigit, ea verba locūta est quibus sociōs ēius antea in porcōs converterat. Rēs tamen omninō⁵ aliter evēnit atque illa spērāverat. Tanta
10 enim vis⁶ erat ēius herbae quam dederat Mercurius ut neque venēnum neque verba quidquam efficere possent. Ulixēs autem, sicut iusserat Mercurius, gladiō strictō⁷ impetum in eam fēcit et mortem minitābātur. Tum Circē, cum sēnsisset artem suam nihil valēre, multis cum lacrimis eum obsecrāre
15 coepit nē vitam adimeret.

Figs Changed to Men.

19. Ulixēs autem, ubi sēnsit eam timōre perterritam esse, postulāvit⁸ ut sociōs sine morā in hūmānam speciēm redūceret, certior enim factus erat ā deō Mercuriō eōs in porcōs conversōs esse; nisi id factum esset, ostendit sē dēbitās
20 poenās sūmptūrum.⁹ At Circē his rēbus graviter commōta ad pedēs ēius sē prōiēcit¹⁰ et multis cum lacrimis iūre iūrandō cōfirmāvit sē quae ille imperāssset omnia factūram. Tum porcōs in atrium¹¹ immitti iussit. Illi datō signō inruērunt et, cum ducem suum agnōvissent,¹² māgnō dolōre adfecti sunt,
25 quod nullō modō potuērunt eum dē rēbus suis certiōrem

Cf. ¹ cēnam, p. 35, l. 17. — ² instructum, 51, 4. — ³ famē, 23, 15. — ⁴ replēvit, 45, 7. — ⁵ omninō, 41, 4. — ⁶ vim, 46, 5. — ⁷ strictō, 52, 13. — ⁸ postulāssset, 38, 15. — ⁹ sūmat, 28, 27. — ¹⁰ prōiēcissent, 49, 11. — ¹¹ ātriō, 4, 11. — ¹² agnōscit, 27, 14.

facere. Circē tamen unguentō¹ quōdam corpora eōrum unxit; quō factō omnēs post breve tempus in speciem hūmānam redditi² sunt. Māgnō cum gaudiō Ulixēs amicōs āgnōvit et nūntium ad litus misit, qui reliquis Graecis sociōs receptōs esse diceret. Illi autem his rēbus cōgnitis statim ad domum Circaeam sē contulērunt³; quō cum vēnissent, omnēs ūniversi laetitiae⁴ sē dēdidērunt.

Afloat Again.

20. Postridiē eius diēi Ulixēs in animō habēbat ex insulā quam celerrimē discēdere. Circē tamen, cum haec cōgnō-
10 visset, ex odiō ad amōrem conversa omnibus precibus⁵ eum ōrāre et obtestārī coepit ut paucōs diēs apud sē morārētur; et hōc tandem impetrātō tanta beneficia in eum contulit ut facile eī persuāsum sit ut diūtius⁶ manēret. Postquam tamen tōtum annum apud Circēn cōsūmpserat, Ulixēs māgnō dē-
15 sīderiō⁷ patriae suae videndae mōtus est. Sociis igitur⁸ ad sē convocātis, quid in animō habēret ostendit. Ubi tamen ad litus dēscendit, nāvem suam tempestātibus ita adflictam in-
vēnit ut ad nāvīgandum paene inūtilis esset. Hāc rē cō-
gnitā, omnia quae ad nāvis reficiendās ūsui sunt comparārī
20 iussit; quā in rē tantam diligentiam omnēs praebēbant⁹ ut ante tertium diem opus¹⁰ cōnfēcerint. At Circē, ubi vidit omnia ad profectiōnem parāta esse, rem aegrē ferēbat et Ulixem vehementer obsecrābat¹¹ ut eō cōnsiliō dēsisteret. Ille tamen, nē annī tempore ā nāvīgatiōne exclūderētur, mā-
25 tūrandum sibi existimāvit, et tempestātem idōneam¹² nactus nāvem solvit. Multa quidem pericula Ulixī subeunda¹³ erant antequam in patriam suam perveniret; quae tamen in hōc locō longum est perscribere.

Cf. ¹ unguenta, p. 21, l. 18. — ² reddēbātur, 26, 4. — ³ contulērunt, 41, 12. — ⁴ laetitiam, 8, 5. — ⁵ precibus, 52, 9. — ⁶ diūtius, 25, 6. — ⁷ dēsīderī, 21, 12. — ⁸ igitur, 50, 5. — ⁹ praebuit, 8, 4. — ¹⁰ opus, 40, 3. — ¹¹ obsecrāre, 53, 15. — ¹² idōneum, 35, 21. — ¹³ subeunda, 53, 1.

LIFE OF CAIUS MARIUS. (B.C. 157–86.)

[LHOMOND: VIRI ROMAE.]





FIG. 24. — CAIUS MARIUS.

With Scipio in Spain.

1. C. Marius, humili locō nātus,¹ militiae tīrōcinium in Hispāniā duce Scipiōne posuit. Erat imprimis Scipiōni cārus ob singulārem virtūtem et impigram ad pericula et labōrēs alacritātem. Scipiō, cum inspicere voluisset quem
5 ad modum ab ūnōquōque equi cūrārentur, Marī equum validum et bene cūrātum invēnit; quam diligentiam imperātor plūrimum laudāvit.² Cum aliquandō³ inter cēnam Scipiōnem quidam interrogāset, sī quid illi accidisset, quemnam rēs publica aequē māgnū habitūra esset imperātōrem, Scipiō percussō lēniter Marī umerō “Fortasse⁴ hunc,” inquit. Quō
10 dictō excitātus Marius dignōs⁵ rēbus quās postea gessit spīritus concēpit.

Cf. ¹ nātum, p. 17, l. 1. — ² laudō, 9, 23. — ³ aliquandō, 3, 20. — ⁴ fortasse, 25, 5. — ⁵ dignus, 20, 11.



Conquers Jugurtha.

2. Q. Metellum in Numidiam contrā Iugurtham missum, cuius lēgātus¹ erat, cum ab eō Rōmam missus esset, apud populum Rōmānum criminātus est bellum dūcere: ‘Si sē cōnsulem fēcissent, brevī tempore aut vīvum aut mortuum
5 Iugurtham sē in potestātem populi Rōmāni redāctūrum.’² Itaque creātus est cōsul et in Metelli locum suffectus. Bellum ab illō prōsperē coeptum cōnfēcit.³ Iugurtha ad Gaetūlōs perfūgerat eōrumque rēgem Bocchum adversus Rōmānōs concitāverat. Marius Gaetūlōs et Bocchum ad-
10 gressus fūdīt; castellum in excelsā ripā positum, ubi rēgī thēsaurī⁴ erant, nōn sine multō labōre expūgnāvit.⁵ Bocchus bellō dēfessus lēgātōs ad Marium misit pācem ōrantīs.⁶ Sulla quaestor ā Mariō ad rēgem remissus Bocchō persuāsīt ut Iugurtham Rōmānis trāderet. Iugurtha igitur vinctus⁷ ad
15 Marium dēductus est; quem Marius triumphāns ante currum ēgīt⁸ et in carcerem caenōsum inclūsīt. Quō cum Iugurtha dētractā⁹ veste ingrederētur, ōs ridentis in modum didūxisse et stupēns similisque dēsipientī exclāmāsse fertur: ‘Prō! quam frīgīdum est vestrum balneum¹⁰!’ Paucīs diēbus post
20 in carcere necātus¹¹ est.

Defeats the Teutones.

3. Marius post bellum Numidicum iterum¹² cōsul creātus bellumque eī contrā Cimbrōs et Teutonēs dēcrētum est. Hī novī hostēs, ab extrēmīs Germāniae finibus profugī, novās sēdēs quaerēbant, exclusīque Galliā et Hispāniā cum in
25 Ītaliā remigrārent, ā Rōmānis ut aliquid sibi terrae darent petiērunt.¹³ Repulsī, quod nequiverant precibus, armīs petere

